DISSERTATIO LITHOLOGICA

VARIIS

Obſervationibus & Figuris

ILLUSTRATA.

AUCTORE

JOANNE GROENEVELT,

Tranſiſalano Daventrienſi, M.D.

E Col. Med. *Lond.*

EDITIO SECUNDA,

Priori multò Auctior & Emendatior.

LONDINI,

Typis *M. Fleſher*, Impenſis *Abeli Swalle* ad inſigne Monocerotis in Cœmeterio Divi *Pauli*. 1687.

CUM *nuperrimè Liber* (*cui Titulus* Dissertatio Lithologica) *latinè editus est ab erudito Viro* Joanne Groenfeldio, *M. D. Quem in Collegium nostrum admisimus; Nos etiam eundem Lithotomum plurimis Operationibus insignem approbamus, & Librum ejus Luce novâ dignum judicamus.*

Tho. Witherley *Præses*
Collegii Med. Lond.

Joannes Bett
Edvardus Browne
Gulielmus Dawkins
Gulielmus Briggs
} *Censores.*

DISSERTATIO LITHOLOGICA

VARIIS

Obſervationibus & Figuris

ILLUSTRATA.

AUCTORE

JOANNE GROENEVELT,

Tranſiſalano Daventrienſi, M. D.

E Col. Med. *Lond.*

EDITIO SECUNDA,

Priori multò Auctior & Emendatior.

LONDINI,

Typis *M. Fleſher*, Impenſis *Abeli Swalle* ad inſigne Monocerotis in Cœmeterio Divi *Pauli*. 1687.

DISSERTATIO
LITHOLOGICA

23151.10

A Catalogue of ſome Phyſick Books lately Printed; and to be ſold by *Abel Swalle*, at the *Unicorn* in St. *Paul's* Church-yard.

FOLIO.

BReynii (Jac.) *Exoticarum Plantarum Centur. prima. Ged.*

Boneti (Theo.) *Sepulchretus ſive Anatom. Pract. 2 Vol.*

———*Ejuſd. Mercurius Compitalitius.*

———*Ejuſd. Medicina Septentrion. Collatitia. 2 Vol.*

Bibliotheca Anatomica. 2 Vol.

Bidloo (Goed.) *Anatomia, & Tab. ad vivum delineat.*

Diemerbroeck (Isbr. *de*) *Opera omnia Med. & Anat. Ultraj. 1685.*

Fortii (Raym.) *Conſultat & Reſponſion. Med. Centur. 2 Vol.*

Fernelii (Joan.) *Univerſa Medicina.*

Hildani (Gul. Fabr.) *Opera Med & Chyrurg. omnia. Hortus Indicus Malabarricus. 6 Vol.* Amſt.

Riverii (Laz.) *Opera Medica Univerſa.*

Zahn *Oculus Artificialis ſive Teleſcop. 3 Vol.* Norib. 1686.

Quarto

A Catalogue of Phyſick Books.

QUARTO.

Acta Eruditorum Lipſiæ compl. uſq; ad menſem Octo-
(bris. 1686.

Blaſii (Ger.) *Anatomia Animalium.* Amſt.

Bartholini *Acta Med. & Philoſ. Hafnienſ. An.* 1671,
*(*1672, *&c. ad* 1679. *compl.* 5 *Vol. Hafn.*

Bauhini *Pinax Theatri Botan. ſive Index in Theo-*
(phraſti Dioſcord. &c. Opera Baſil.

Bohn (Joh.) *Diſſertat. Chym. Phyſic.* Lips. 1685.

———*Ejuſdem Circulus Anat. Phyſiolog. Seu Oeco-*
(nom. Corpor. Animal. Lips. 1686.

Borellus (J. Alph.) *de Motu Animal.* 2 *Vol. L.*
(Bat. 1686.

———*Ejuſd. De Vi Percuſionis & motion. Natural.*
Ib. 1685.

De Blegny (Nic.) *Zodaicus Med. Gallicus An.* 1679.
*(*80, 81, 82, 83. *compl.* 5 *Tom.* Genev.

Cleyer (Andr.) *Specimen Med. Sinicæ.* Fran. 1682.

Caſtelli (Balth.) *Lexicon. Medicium edit. & Auct.*
(è Jac. P. Brunone. *Nor.* 1682.

Dolæi (Joh.) *Encycloped. Med. Theor. Pract.* Fran-
*(*cof. 1684.

———*Idem.* Amſterd. 1686.

Ettmulleri (Mich.) *Opera Pharmac. Chymic.* Lugd.
*(*1686.

Van Helmont (J. Bapt.) *Opera omnia.* Franc. 1682.

Helwigii (Joan.) *Obſervat. Phyſ. Medic.* Aug. Vind.
1680.

Hofmanni (Joan.) *Diſſerat. Anat. Phiſiolog. ad* J.
Van Horn. *Microcoſm. Seu Brev. introd, ad Hiſt.*
(Corp. Hum. Alt. Nor. 1685.

Lindenius

Lindenius Renovatus sive I Ant. vander Linden *de Scriptis Medicis ab Geo. Mercklino continuat* (*& Edit.* Norim. 1686.

Musæum Hermeticum Reformat. & amplificat. contin. (*Tract. Chym. XXI.* Francof.

Marcggravii (Chri.) *Materia Med. Contracta.* Amsterd. 1682.

Miscellania Med. Curiosa. *compl.*

Silvii (Fran. de le boe) *Opera Medica.* Amst. 1680.

Wills (Tho.) *Opera Omnia.* Amst. 1683.

Wedelii Geo. Wolfg.) *de Medicam Facultat cognoscend & applicand* Jenæ.

———*Ejusdem de Medicam. Composit. Extempor.*

———*Ejusdem Opiologia.*

———*Ejusdem Pharmacia in Artis form. redacta.*

———*Ejusdem Physiologia Med.*

———*Ejusdem Progressus Acad. Nat. Curios.*

———*Ejusdem Amœnitates Mater. Medic.* 1683.

———*Ejusdem Pharmacia Acromatica.* 1686.

OCTAVO.

Bartholini (Tho.) *Anatomia.*

Briggs (Gul.) *Optholmographia.* 1684.

———*Ejusdem Theoria Nova Visionis.* 1686.

Cranen *Lumen Medicum. h. e. Praxis Medica Reformata sive Anot. in Prxin. H.* Regii. 1686.

Graaf (Regen. de) *Opera omnia.* L. Bat. 1677.

Glauberi (J. Rod.) *Opuscula Med. Omnia.*

Juncken (J. Helf.) *Medicus præsenti Seculo accomodandus. Edit. Secunda.* 1687.

Le Mort (Jac.) *Pharmacia & Chymia Med. Phys.* (L. B. 1684.

Willis (Tho.) *De Anima Brutorum.* Lond. 1672.

Duodecimo.

DUODECIMO.

Glisson (Fran.) *Tract. de Ventriculo & Intest.* Amst.
——— *Ejusdem Anatomia Hepatis.* *Ib.*
——— *Ejusdem Tractatus de Rachitide.* *Ib.*
Haveii (Gul.) *Exercitat. de Generat. Animal.*
Muys (Joh.) *Praxis Chyrurg. Ration. Decad. V.* 1685.

With many others too long here to mention.

FINIS.

Honoratissimo Domino,

D. GEORGIO,

COMITI FLINTENSI,

Vice-Comiti de Weikham,

BARONI de WEIM;

SUPREMO

ANGLIÆ CANCELLARIO,

Et Serenissimo

JACOBO SECUNDO,

REGI ANGLIÆ;

A Secretioribus Consiliis.

Illustrissime Domine,

QUàm felix est bonæ Valetudinis conditio, & quanta ejus beneficia sunt, apparere

parere possit, à miseriis afflictorum, quæ sæpiùs gravissimis Symptomatis conjunctæ sunt, & mortem frequenter comitantur infelicem.

Hæc omnia manifestum nobis reddunt, & honorem ejus artis docent, quæ Sanitatem vel conservare vel restituere solet. Ideóque inter omnes Artes summam sibi dignitatem vendicat, quippe quod scopus & finis ejus est Sanitas, quæ singulis & omnibus hujus seculi bonis longe præferenda

renda, ſine quâ bona alia quid ſunt, niſi bonorum umbræ, imò nihil? Quia, illâ remotâ, nullus eſt bonorum uſus, nulla in illis complacentia: adde quod in corporis humani benè eſſe, ſumma eſt delectatio, & maxima omnium hujus Mundi felicitas poſita eſt, juxta illud Horatianum,

Si Ventri benè, ſi lateri eſt, pedibusq; tuis, nil
Divitiæ poterunt Regales addere majus.

Dedicatio.

Quibus commoti rationibus Medicinam amplexi ſumus, quæ per omnia ſecula in pretio fuit, & ejus profeſſores, adeò ut in proverbium olim abiit,

Medicos eſſe honorandos.

Ad hæc uſque tempora (illuſtriſſime Domine) grati agnoſcimus, quantum devincti ſumus Nomini Veſtro, Vobis cùm Collegii Regalis Londinenſis Provincia demandata

data fuit à ſereniſſimo noſtro Rege JACOBO, *mihi*, (*alieno licèt origine*) *mihi inquam, minimo licèt inter alios omnes radiis favoris Veſtri & Benevolentiæ Veſtræ aſpirâſti, & in Albo Medicorum reliquiſti, & (uti ſpero) in ſalutem multorum, eorum imprimis, qui calculo afflicti, ope noſtrâ σὺν Θεῷ opitulati fuerint, ut vitam in futurum degent doloribus & tormentis liberam: Sed ne extra cancellos vagari videor,*

Hæc omnia cum bono Deo Vestris afflatus auspiciis conabitur ille, qui minimus licèt inter clientes Vestros, maximus tamen Nominis Vestri & summæ Vestræ Altitudinis

Cultor humillimus,

J. G.

Clarissi-

Clarissimis Doctissimisque Viris

D.D. PRÆSIDI & SOCIIS,

COLLEGII REGALIS

Medicorum Londinensium

TENUEM HANC OPELLAM

In SUÆ OBSERVANTIÆ

Perpetuum Testimonium

Humillimè simulac ex Animo

Dat, Dicat, Dedicátque

J. G.

LOngâ rerum serie & communi omnium experientiâ manifestum hoc habemus, & velle & posse civium Societati, & microcosmi quidem communitati prodesse magnorum & præstanti-

orum virorum esse, quos in Politia literaria invenimus.

Quod verò non minimum inter vestras laudes est, in summo positi estis prudentiorum consilio, & vobis commissa est cura, ne Medicastri licentiores quidem, sed minimè Licenciati, Rempublicam Medicinæ turbent & dehonestent in proprium emolumentum, sed in multorum ruinam; quinimò vobis demandata est provincia, ne minimi quidem errores in medicamentis ipsis componendis aliorum insciti committantur, ideóque vestris sub auspiciis prodit Pharmacopœa Londinensis summo perfecta studio & diligentiâ. Hinc studia vestra tam privata quàm publica orbi quoque universo tantum emolumentum afferunt. Adeò ut vos sub DEO & Rege nostro serenissimo IACOBO, quasi

Deos

Deos Tutelares & Æſculapios minimè erubeſco, nec vereor appellare, adeò ut vos omnes magnifico illo *Homeri* elogio poſſim adornare,

Αἰὲν ἀριστεύειν καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων.

Quibus de cauſis Vos hujus Diatribæ patronos advocavi, occurrebat enim mihi nullos magis mereri, nullis magis deberi, quàm vobis, qui honoratiſſimæ non modo Scientiæ, ſed & practicæ Medicinæ dediſtis operam, ideóque ut expertiſſimi eſtis Judices, ità candidiſſimi eritis hujus operis Patroni; ſcientiæ enim ſive ſpeculativæ ſive practicæ ſint, nullum habent inimicum præter ignorantem.

Sub veſtris itaque auſpiciis confidens procedo, nullus enim dubito, quin Collegium hoc veſtrum, quod per multos retro

abhinc annos non modò orbi Britannico, ſed & Europæo plurimùm profuit, & ſurculos etiamſi extraneos recepit & inſeruit (nullus inquam dubito) quin adeò fovebit, ut altiùs radices agere videantur.

Quorſum hæc omnia, niſi (ut non ſolùm nobis nati ſumus) ut ità Vos huic Reipublicæ Anglicanæ inſerviatis, atq; etiam univerſi terrarum orbis commodo.

Et ſpes & ratio ſtudiorum & cogitationum veſtrarum in ſalute miſerorum hominum ſita eſt. Benè quippe noſtis illud Poetæ eſſe veriſſimum,

Non eſt vivere ſed valére vita.

Ad vos itaque, Viri magnifici, eâ ſpe contendo, ut meum hunc fœtum, à peregrino prognatum, & coram vobis expoſitum, candido bene-

benevolentiæ Vestræ favore ita benignè accipiatis, ut prosperè succedat & Parenti & Fœtui. Lithologicus est, observationibus quibusdam nostris interspersus.

Testes in vivis sunt, quos paucis jam elapsis annis, à crudeliori illo, de quo agit Tyranno, vesicæ nempè calculo liberavi, quorum nominum Catalogum, ante annos aliquot, dedi Viro Ornatissimo Præsidi nostro nuperrimo, *T. C.* hunc à me requirenti.

Quod si præsenti Præsidi nostro ità visum fuerit, catalogum exhibere possum eorum qui à me arte Lithotomicâ execti fuerunt, & opem σὺν Θεῷ receperunt, qui Catalogus numerum excedit centenarium. Quod ad Virtutes vestras generosásque animi dotes, beneficiáque imprimis in me collata attinet, ea omnia summâ reverentiâ ità amplexus sum, ut

cum

cum facultate nostrâ qualis est, impræsentiarum & in futurum Vobis me totum devoveo.

Vos interim animitùs oratos velim, ut nostrum hoc Compendium vestro favore & patrocinio dignemini in observantiæ nostræ testimonium, simul & perpetuam Dignitatum vestrarum Memoriam.

Ità votis (quod aiunt)

multis precatur

Dominationibus vestris

Devotissimus

J. G.

A D

AD LECTORES.

Miramini fortasse, me Medicum, Lithotomiam exercere, cùm videtur Hippocrates repugnare in juramento suo, ὁ τμήσω δὲ οὐδὲ μὴν λιθιῶντας, *nec calculo laborantes secabo.*

Anno 1670. *antequam Senatus Academicus Ultra-jectensis Doctorali gradu me adornaret, publicam, uti mos est in Academiis, de calculo vesicæ disputationem habui, quæ fortuitò incidebat in manus Chirurgi cujusdam, nomine Henrici Velthusii, (tunc temporis) Lithotomi Amstelodamensis, ubi tunc praxin Medicam exercebam, qui postquam mecum familiaritatem contraxisset, frequentem*

tem me accersivit testem, cùm ægrotos à calculo exploraret; ad Empiricorum enim audaciam præveniendam, statutum est in Hollandia, ne quis calculum secet, antequam Lithotomus in unius vel plurium medicorum præsentiâ ægrotum à calculo exploraverit, & post datum Magistratui testimonium conceditur Lithotomo libertas calculum execandi.

Quid si idem mos in Angliâ prævaleret, supprimerentur nimis audaces illi Empirici, qui Lithotomiâ abutuntur. Quid dicam? Annon habemus inter nos Scotum quendam, qui, ut auditione accepimus, arator fuit non ità pridem dum apud Anglos versatus fui, qui adeò audax fuit, atque etiamnum manet, ut in patientes ex omni genere & conditione cujuscunque Lithotomiam exerceat; quod ad pueros & minores attinet, forte fortuitò, & ex accidente, aliquo successu gaudeat, at

illi

illi qui cacochymiâ laborant vel plethorici ſunt ob defectum artis medicæ in præſcribendis medicamentis & corporibus præparandis, ſæpius moriuntur, unde eſt quod tumores conſequuntur, inflammationes & ſpaſmi, atque ipſam aliquando mortem videmus. Indignatio cogit me loqui ulteriùs de homuncione hoc Empirico, qui adeò intolerabiles errores commiſit, ut vix fide dignum pronunciare videar; ſat ſcio humanum eſſe errare, nec omninò liberi nos ipſi ſumus, at cùm apprehendimus in nobis errorem aliquem, omni curâ & diligentiâ, ut eundem excutiamus, ſtudemus: ideóque in caſu difficiliori communicamus cum illis qui ſubactiori ſunt judicio in arte medica, ut poſſimus noſmetipſos invicem conſultando informare. At Empiricus hic homuncio talis eſt, qui ſæpius auſus eſt ſecare homines adultos minori apparatu, mittendo digitum in

anum,

amum, qui operationis modus talis eſt, ut in pueris ſecandis majori facilitate & ſucceſſu obſervetur, præmiſſis præmittendis, at in aliis diverſis audacior & minùs aptus eſt ſecandi modus, (ſcientes loquimur) mortem intulit immaturam, ut ille infeliciter nimis expertus fuit, qui habitavit in oppido vulgò dicto Limehouſe, *alter etiam miſerè interiit, in platea dicta* Oldſtreet *ubi audaciter nimis conatus eſt genubus ſupprimendo affectorum ventrem inferiorem, ut ſubinde calculus premeretur ad inteſtinum rectum, at, proh dolor! ægroti re infectâ derelicti ſunt & incapaces redditi futuri beneficii & auxilii ab aliis qui Lithotomiam exercent, adeóque miſeri è vita migrârunt.*

Alius in loco (vulgò dicto Old Bethlem*) qui cùm ſectus eſſet in hunc morem barbarum, inſtanter mortem obiit ſubitaneum.*

Quod

Quod ad ſexum fœmineum attinet, illas tractat modo admodum inhumano & indecoro, qui cum adeò literarum ignarus eſt, ut neque legere nec ſcribere poſſit, nec aliquam callet Anatomiam, neſcit omninò vel ſitum veſicæ vel uteri, audax tamen fuit ſecare, ubi calculum tactu invenerit, atque ità acie cultelli partem veſicæ membraneam, uteri ſubſtantiam & inteſtinum rectum ſimul atque ſemel penetravit, & Virginem in tam miſeram & deſperatam perduxit conditionem, ut vix ſine lachrymis exprimere poſſum, quam anonymam impræſentiarum modeſtiæ gratiâ prætereo; hæc miſera puella filia eſt ſutoris calcarii in platea (vulgo dicta Silverſtreet) *cujus calculus ab ipſo extractus penes me eſt, eúmque in indignationem facti ſemper apud nos retinebimus.*

Puellæ hujus adeò miſera eſt conditio ut menſtrua ejus, urina atque excre-

excrementa effluunt per incurabilem fistulam, imperitâ ejus sectione causatam, adeò ut audacter satis nec minus verè pronunciare ausus sum quòd laniator ordinarius vel minimâ instructione præparatus operationem produceret longè meliorem, quàm Empiricus hic atque imperitus operator efficere possit. Si impensè aliquis desideraverit veritatem hujus historiæ cognoscere, me compellat, & libenter ei quocunque modo satisfaciam.

Phædrus notissimus ille Augusti Cæsaris libertus fabulam habet senariis versibus elegantissimis descriptam, de Sutore quodam, non ut Medicaster noster (cui nomen solum est Sutor) sed reipsâ, qui medicinam nimis audax exercuit, & quia in Medicastrum nostrum optimè quadrat, non pigebit risus gratiâ verbatim describere:

Malus

Malus cùm Sutor, inopiâ deperditus,
Medicinam ignoto facere cœpiſſet loco,
Et venditaret falſo antidotum nomine,
Verboſis acquiſivit ſibi famam ſtrophis.
Hic, cùm jaceret morbo confectus gravi,
Rex urbis, ejus experiundi gratiâ,
Scyphum popoſcit: fusâ dein ſimulans aquâ,
Antidoto miſcere illius ſe toxicum,
Hoc bibere juſſit ipſum, poſito præmio.
Timore mortis, ille tum confeſſus eſt,
Non artis ullâ medicum ſe prudentiâ,
Verùm ſtupore vulgi factum nobilem.
Rex advocatâ concione, hæc addidit:
Quantæ putatis eſſe vos dementiæ,
Qui capita veſtra non dubitatis credere,
Cui calceandos nemo commiſit pedes?

Sed ad Velthuſium noſtrum reverto, cum quo quippe per annos aliquot communicaveram & plurimas operationes ab eo perfectas videram, ille tandem, ſupremâ Dei voluntate, hecticâ febre oppreſſus (quâ etiam fuit extinctus) me advocari curavit, ſuáque mihi dono dedit inſtrumenta Lithotomica, enixè rogans, ut illa in illius memoriam & miſerorum commodum ſuſciperem.

Videram plurimos & à defuncto & ab aliis felicissimè liberatos, hinc & ipse, non solùm inclinante, sed & urgente naturâ, hanc operationem aggressus fui, quam per annos aliquot, (Deo adjuvante) felici ex nostra parte successu, exercui, Medicorum quorundam non infimæ notæ, hanc artem exercentium exempla imitando, Magnetis scilicet & Ammonii, duorum præstantium Medicorum, Johannis Anthracini, & Mariani Barolitani, Guilielmi Fabritii Hildani, nec non Cornelii Celsi, expertissimi illius Medici Romani (cui in perficienda hac arte plurimum debeo) qui ipse nunquam tam accuratè de Lithotomia scripsisset, nisi eidem propriam manum adhibuisset, unde & forsan Lithotomum Medicum appellavit.

Et quis quæso mortalium nobilissimam hanc operationem è manu Medici eriperet?

Ipsi

Ipsi Hippocrati neutiquam hoc in mente veniebat, vulgares solummodo excludebat Chirurgos, inscios tunc temporis & temerarios homines, quibus ægrorum salus parum Curæ erat, Viros sagaciores simul & cautiores, secundum artem praxin dirigentes Lithotomiæ præponebat.

Sed quorsum hæc omnia? Quinimo leges Anglicanæ pro nobis pugnant. Statutum enim est Henrici Octavi anno regni trigesimo secundo, capite XL. paragraph. XI. αὐτολεξεὶ *his ipsis verbis.*

In quantum Medicinæ scientia comprehensivè includit & continet notitiam Chirurgiæ, ut speciem quandam Medicinæ particularem; Ideo cautum & statutum est, ut quilibet è Corporatione seu Societate Medicorum prædictâ, *legitimè electus & admissus per* prædictum *Præsidem, Censores, & socios Medicorum de die in diem, tam intra Civitatem*

Londinenſem, quàm per totum regnum Angliæ profiteri, practicare, & exercere poſſit Medicinæ artem & ſcientiam, in omnibus & individuis membris & partibus ſuis, &c.

Cùm verò, ut cuilibet notum eſt, operatio hæc difficilis & periculo plena eſt, & proinde ut Medicus peritiâ ſimul & cautione ſummâ opus habeat, neceſſe eſt, amore Chriſtiano & languentium ægrotorum miſericordiâ *commotus, ea inter cætera quæ ipſemet circa ægrotos ſæpius obſervavi, typis bono publico mandavi.*

Interim Benevolus Lector omnia & ſingula exploret, & judicium ſuſpendat, & ita non dubitabimus, quin apud omnes peritiores arbitros gratiam aliquam merebimur, quo voto, candidiſſime Lector, deſino, & te longum vivere & valere opto.

Dabam è Muſæo (in platea dicta Throgmorton-ſtreet) Londini 22 Feb. Anno 1684.

IN

Viro Clariſſimo
D. *Joanni Groenfeild*, M.D.
De Lithologia ſua.

JAm minæ duræ cecidere Mortis;
Occidit triſtis timor ipſe Morbi;
Hactenus ſævis cruciata Monſtris
Antra pateſcunt.
Noſtra dum ridet pia vota cæcis
Nixa ſpeluncis rediviva Gorgo:
Eruit diram Grenevelius imâ
Sede revellens.

GRandinet Saxis, riguoque Cœlum
Rore tabeſcat; jaceantve terris
Omnibus rupes; medióque latret
Æquore Scylla.
Noxia at membris Siſyphæa moles
Exulet vivis; propriámque Silex
Vendicet venam; penitúſque noſtro
Emigret Orbe
Læta ſucceſſu Medicina pulsâ
Te Meduſæâ Grenevelte peſte
Vindicem laudat: tua Laurus inde
Serpit ad Ora.

NON LEVE GENUS TRAHIS.

Traximus è Saxo noſtræ primordia Vitæ:
Traximus indè trucis miſeri quoque Semina Mortis.
Traxit at indè ſuam laudem Grœnveltus ob artem;
Dum trahit è vivis ægrorum Saxa cavernis:
Ipsâ ne Vitam pejoremMorte trahamus.

Sic Vovet Integerrimi Amici, Doctiſſimi Medici, Dexterrimi Lithotomi Fœtum artémque unà meritò ſuſpiciens, Chriſtoph. Crelle, E Col. Med. Lond.

Clariſſimo Viro

D. *Joanni Groenfeild*, M. D.

De Lithologia ſua.

GRatum opus & longi fœtum, *Grœnfelde*, laboris;
Nemo ſui ſimilem deneget eſſe patris;
Iſte quidem Saxis liber eſt & cautibus horrens,
Dum tu propitium fundis ab ore jubar.
Scilicet ex duro mollis tibi pagina Saxo
Surgit & Authorem prodit ubique ſuum.
Calculus *Alpino* qui viſcera mordet aceto,
Qui ſtruit in miſeros tela nefanda ſinus;
Calculus humanæ ſors funeſtiſſima vitæ,
Dat tibi devictas præda ſuperba manus;
Ille tui partem jactat ſeſe eſſe triumphi,
Et ſequitur currus nobilis umbra tuos.
Arte potens rabidi pandis myſteria morbi,
Et ferrum oſtenſo fit medicina malo:
Ferrum infame ſuis, ferrum exitiale rapinis,
Innocuum læto vulnere ſignat iter.
Artis vulneribus naturæ vulnera ſanas,
Et dolet ereptam trux *Libitina* dapem.
Qualis *Achilleo Telephus* cum concidit ictu,
Una manus miſero vulnus opémque facit.
Mire Opifex! quem nulla ſatis præconia laudant,
Et ſtupet in tanto torpida *Muſa* Viro.

J. TURNER, Noſocomio
Regali D. *Thomæ*, à Sacris.

IN

IN
VIRO
LITHOTOMIAM
JOAN. GROENEVELDII, M.D.
ET
Lithotomi Felicissimi.

DEucalionæos Lapides, nec secula Pyrrhæ,
Nec Niobes saxum, Musa referre *velit*.
Sed miseros hominum Cruciatus, atq; dolores,
Quas pœnas nunquam Sisyphus ipse tulit.
Ut corpus redimas ferrum patieris & ignes,
Quo sine nulla quies, queis sine nulla salus:
Hos secat, ut sanet Gronfeldius, arte peritus,
Intus qui tangens, in cute novit idem;
Cum scis ambabus manibus feliciter uti,
Dextera jam læva est, lævaque dextra Tibi:
Ambodexter eris, ne sit fortuna siniſtra;
Sic Medicus sias, Lithotomusq; simul. (addi;
Eja age, jam possit meus hinc Tibi calculus
Zoïlum ut nequeat rodere dente suo.
Vive diu felix! tumulus Tua cum tegat ossa
Talis erit, qualem non Ptolemæus habet:
Cum fato cedas, humano corpore famæ
Extracti Lapides sint monumenta tuæ.

Successus & Artis Tuæ Admirator
& oculatus testis cecinit

J. B.

Peritissimo & Amicissimo

VIRO

D. *JOANNI GROENFEILD,*

E Collegio Med. Lond. M. D.

De Lithologia sua AMICA GRATULATIO.

LAudarem, *Groenfelde*, nisi inviderem,
Sed quidni *invideam* atq; *laudem* simul?
Nam *laus* invidiæ comes est, *invidia* laudis,
Ut nos alterutri *comites* & *testes* sumus;
Vesicæ & Renibus obstetricamur uterque,
Et rei fæliciter utrinque peragendæ
Omen faustum addimus uterque,
Utrinque, *quasi ex condicto*, feliciter peractæ
Rem cecidisse ex Voto gratulamur.
Amicitiam colimus, & tamen *invidemus*:
Fælix invidia! quæ *æmulari* tantum
Didicit, & summas, sine noxâ, laudes,
Sine metu aut odio *invidendas* dotes
Proponit sibi gloriosè imitandas.
Scotus ille, qui Calculum in *tenebris* explorans,
Promit etiam *ilia* in mortiferam lucem,
* Scotia à Abeat in suam * *Scotiam*; in tenebras suas,
Σκότος *Tenebrio* indignus *radio* salutari,
Tenebræ. Dum tu *Belga* Artifex, & ego *Anglus*
De Calculo deq; morte *interdiu* triumphamus
Io Triumphe! actum est de Calculo & morte.

Joannes Browne *Lithotomus & Nosocomii Regalis Sancti* Thomæ *Chirurgus Ordinarius.*

Viro

Delineatio.

BREVIS ET SUCCINCTA

Totius Operis Delineatio.

CALCULUS per se non est Morbus, sed Causa Morbi, aliquando in Symptomatum Classem venire solet.

CALCULI CAUSA

EFFICIENS, est pororum & minimorum vasculorum, quæ in renibus sunt angustia major.

MATERIALIS, est salino-terrestris humor in renes pariter cum sanguine ejúsque sero excurrens; qui

- Augetur in renibus, propter
  - Abundantiam materiæ salino-terrestris, in digestionibus primis generatæ, ut Ventriculo, ratione
    - Pororum vasculorúmque in renibus angustiam nimiam, sanguinísque serum nondum satìs depuratum.
    - *Cibi crassi viscosi & difficilioris concoctionis, ut,*
      - *Caro* bubula, suilla, caprina, salita & fumo indurata, *&c.*
      - *Pisces* omnes grandiores, marini, cœnosi, lacustres, anguillæ, murenæ, aliique squammis carentes.
      - *Fructus*, poma austera, pyra hyemalia, cydonia, castaneæ, fungi.
      - *Legumina*, pisa, fabæ.
      - Caseus, ova dura, *&c.*
    - Potus qui conficitur ex aqua.
      - Turbidâ, ut puteorum.
      - Frigidâ, ex glacie, aut nive liquatâ.
      - Limosâ, ut sunt aquæ stagnantes, quæ non solùm augent materiam Calculo generando aptam in renibus, sed etiam, ob terrestreitatem, ibidem retinentur.
    - Satietatis nauseativæ, acquisitæ ex diversis in eadem mensa carnium aut piscium generibus comestis.
    - Voracitatis ccmedendi, vel malæ cibi masticationis.
  - Præproperum Chyli per venas lacteas transitum, cujus causa est
    - Latitudo Vasorum, Nam per vias latas festinus fit transitus materiæ multæ nondum depuratæ ad massam sanguineam, indéque ad renes.
    - Cibus multùm calidus, nam Chylus ex hujusmodi cibo generatus, ratione acrimoniæ suæ accelerat transitum ad sanguinis massam, accelerat itidem humores exinde generatos ad renes.
    - Vinum forte & multum naturâ calidum; ut Hispanicum, Græcum, Creticum, & ea ratione quâ cibus calidus. Hinc est quod multi fiant horum usu nephritici & arthritici, credentes confortare primas digestiones quod non faciunt, sed *fermenta corporis ab eo subjugantur, & spiritus naturales avocantur fugantúrque.*
    - Vinum subtile, ut album & clarum. Nam talia vina cùm sint substantiæ tenuis & subtilis, & aliqualiter calidæ, necessariò penetrant ad partes extremas ante eorum depurationem. Præterea cùm aperitivam habeant facultatem necessariò secum ducunt aliquid sordidi ad renes.
    - Festinus potus cujuscunque vini in principio mensæ. Nam Chylus inde generatus nullum inveniens obstaculum (cùm sit subtilis in substantia cum sale volatili conjunctus,) citò penetrat, & transitum ad sanguinis massam accelerat, immò insuper adjuvat efficientem calculorum & arenularum causam, pororum scilicet & minimorum Vasculorum quæ in renibus sunt occlusionem. Vide Paragraph. præcedent.
    - Indebitus exercendi corporis motus, ut ante perfectam primam & secundam concoctionem equum succussorium conscendere, uti palmariâ pilâ, venere, *&c.* hæc enim corporis partes rarificant motúmque violentum causant.
    - Calefactio Dorsi & Hypochondriorum, vel ad ignem, vel in balneis naturâ calidis, vel ex decubitu resupino super Lectum plumeum. Hisce enim renes debilitantur, atque ad res morbificas expellendas, inepti redduntur.
- Retinetur in renibus ultra debitum, vel propter
  - Calorem renum excedentem, qui
    - Reddit serum ineptum fluxui & secretioni.
    - Debilitat facultatem expultricem renum, semper enim expultrix facultas exequitur munus suum cum mediocri calore, non excedente.
  - Naturam suam viscosam, quæ
    - Opplet paulatim ductus obstruítque.
    - Non facilè obedit expulsioni.

  [Istæ duæ Causæ deficiunt in pueris, mulieribus & pituitosis, ideò materia ista quæ cum eorum urinis expellitur, non vertitur in lapillos & arenas in renibus, sed sæpius in vesica.]
  - Strictura & clausionem meatuum ipsorum renum & partium subjacentium, quæ est, aut
    - *A Natura*, cùm ita partes formatæ sint.
    - *Per Accidens*, ut propter constipationem ventris, aut tumefactum internum aliquod viscus renibus adjacens.

[Propter hanc Causam generantur Calculi in carnosis corporibus & crassioribus.]

BREVIS ET SUCCINCTA

Totius Operis Delineatio.

PRÆSERVATIO à CALCULO constat

- In CAUSA
  - EFFICIENTE corrigendâ, quod fit
    - Refrigerando renes
      - Internis assumtis
        - *Cibis* naturâ frigidis.
        - *Fructibus* naturâ frigidis.
        - *Herbis*, Lactucâ, Endiviâ, Cichorio, Oxalide, Portulaca, *&c.*
        - *Radicibus* Lactucæ, Cichorei.
        - *Potu* infrigidante Cerevisia tenui, Vino limphato.
        - *Medicamentis*, ut Syrup. è limonibus, ex acetos. è viol. è malis citriis. Decoctis è Ciceribus seminibus frigidis, ut melonum, *&c.*
      - Externis admotis
        - Unguentis, ut Oleo rosar. omphacino, refrigerante Galeni, populeone, Mandragore, papaveris, violaceo.
        - Emplastris, ut rec. ol. rosar. omphacin. an. unc. 3. mucilag. seminis psillii. unc. 2. ceræ novæ unc. 5. fiat ex his Emplastrum, extendatur super alutam, & applicetur regioni renum post inunctionem.
    - Evitando illa quæ renum temperiem nimium disturbant, quæ sunt, aut
      - Internè sumpta
        - *Aromata.*
        - *Vina Calida.*
        - Cibi calidi.
      - Externè adventia
        - Decubitus resupinus in molli pluma.
        - Calefactio dorsi ad ignem.
        - Balnea naturâ calida.
  - MATERIALI auferendâ, quod fiet, si
    - Materia retenta in renibus expellatur antequam in lapillos & arenas convertatur, quod fiet
      - Primò Medicamentis incidentibus.
        - Rec. Rad. Asparag. rub. tinct. an. M. ß. fol. beton. pol. mont. cicer. nigr. an. P. 1. Sem. Melon. P. ß. F. decoctio in aq. pluvial. docoq. priùs radic. tunc Rec. hujus decoct. unc. 6. lap. judiac. vel sal. nitr. scrup. ß. Hauriat hanc quantitatem pro haustu matutino tribus diebus, & omni vigesima die iteretur, & continuetur ad tres dies.
      - Secundò Urinam provocantibus
        - Rec. Rad. acori, majoran. valerian. an. M. 1. fol. beton. Sabin. an. M. ß. sem. melon. excort. cicer. nigr. an. M. ß. sem. apii. fœnic. dulc. seseleos amicos, an. dr. 2. cinamon. dulc. drach. 2. F. decoctio in aq. pluvial. Dosis unc. 6.
    - Causæ retentionis ejus materiæ amoveantur, quod fiet
      - *Calorem* auferendo & imminuendo, quod supra.
      - Materiam salino-terrestrem alterando medicamentis, ut supra.
      - *Alvum constipatam* laxando
        - *Clystere.* Rec. Herbarum malvæ altheæ, viol. betæ, an. M. 1. chamomil. M. ß. F. decoctio in aq. f. q. Colatur. unc. 12. add. Cass. fistul. unc. 1. ß. mell. unc. 2. oleor. chamomill. aneth. lilior. albor. an. unc. 1. Fiat Clyster.
        - *Medicamento lenetivo.* Rec. prunor. caricar. moll. uvar. passar. mund. jujub. Sebesten. an. P. ß. Decoq. in aq. lib. 2. ad lib. ß in qua dissolv. Cass. Fistul. unc. 1. ß. sumat singulis mensibus vel ter quaterve in anno.
      - *Otium indebitum* illarum partium corrigendo, quod fit equitando super equum succussorium semel vel bis in hebdomada.
    - Causæ augentes prædictam materiam resecentur, quod fit, si
      - Renum intemperies emendetur
        - Diversione, ut Vomitu. Rec. fol. Asari No. 3. contundantur, & ex hydromelite fiat potio Vomitoria. Rec. Rad. Asar. pulv. dragm. 1. ß. hydromelitis unc. 4. F. potio vomitoria.
      - Abundantia materiæ non naturalis in ventriculo venis lacteis, *&c.* amoveatur
        - Evacuatione, ut Med. lenitiv.
        - Evitatione eorum quæ ejusmodi materiam generant, ut sunt
          - Cibus Crassus.
          - Potus malus.
          - Nausea.
          - Voracitas.
      - Præproperus Chyli & humorum transitus in venas lacteas, receptaculum chyli, & ductum Chyliferum: quod fit vitando
        - Res aperitivas, quæ latiores reddunt meatus quàm decet.
        - Cibum naturâ calidum.
        - Vinum naturâ calidum.
        - Vinum album subtile continuò assumptum.
        - Potationem vini cujuscunque in principio mensæ, intempestivum exercitium à cibo sumpto, ut etiam Venerem.
        - Animi pathemata, ut sunt ira, *&c.*

Place this facing page 1.

MATERIALIS, est saliuo-terrestris humor in renes pariter cum sanguine ejusque sero excurrens; qui

Retinetur in renibus ultra debitum, vel propter

Præproperum Chyli per venulaceas reguli-tum, cujus causa est

Calorem renum excedentem, qui

Naturam suam viscosam, quæ

[Istæ duæ urinis ex

Stricturam & clausionem meatuum ipsorum renum & partum subjacentium, quæ est, aut

[Propter

ARTIC. I.

QUOD ad Etymon attinet, ut Philosophus ait, Δεῖ πρῶτον ἐξετάζειν τὰ ὀνόματα, calculus itaque à calce nomen ducit, est enim corpus quoddam concretum, quod cum calcis instar sit in lapidem induratur, & apud *Græcos* λίθος, & affectus inde ortus λιθίασις dicitur, calculúsque renum proprio vocabulo νεφρίτις vocatur, mutuatâ scilicet ab ipsis renibus appellatione, quos *Græci* proprio idiomate νεφροὺς vocant, & quamvis nephritidis nomine quilibet renum affectus intelligi potest, cùm tamen magnitudine doloris cruciatúsque vehementia cæteros facilè excedat, non immeritò (Κατ' ἐξοχὴν) id sibi suum ac proprium fecit.

ARTIC. II.

EX præmissis itaque patet, sub calculi nomine nos intelligere corpus durum in renibus potissimum ac vesicâ in lapidis formam concretum.

ARTIC. III.

ANxie hic velle inquirere, an calculus ſit Morbus, an cauſa morbi, an vero ſymptoma, incaſſum foret: Quæſtiones enim meræ de nomine ſunt, & pro diverſo reſpectu, diverſimodè reſponderi poſſet.

Morbum tamen dici vix poſſe putamus (reclamante licèt Galeno) cùm nulla ſit prava partium diſpoſitio, Sed partis diſpoſitionem vel ſequatur vel immutet.

Dicetur vero cauſa, cùm obſtructionem, vel exulcerationem, dolores immanes, ſimiliáque Cauſare aptus natus ſit, qui etiam, quoties excernitur, in ſymptomatum claſſem venire ſolet.

ARTIC. IV.

SUbjectum calculi quodnam ſit, omnibus in propatulo eſſe arbitramur, veſica ſcilicet & renes, niſi cùm natura deficit, & ut cum Philoſopho loquamur, ἀμάρτημα τῆς φύσεως ſit, quale ut oculis quondam noſtris *Amſtelodami*, anno 1671. exhibitum fuit, ita auribus veſtris hic referre non dedignamur.

In Anatomia quadam corpus offendimus, quod veſicâ urinariâ omninò carebat,





bat, nec Vir erat, nec fœmina (virili dum viveret veſtitu ſemper incedebat, uti tabulâ aversâ demonſtratur, annos antequam moreretur, triginta ſex agebat) in loco ubi pudendum debuit apparere, nihil habebat pudendi, ureteres erant illi ſolito multo latiores, qui à renibus ad umbilicum vergebant, ubi erat quædam protuberantia (epidermide privata) penis vulvæve officium ſupplens, paulo inferius, extuberantiam habebat in formam dactyli, non tamen perforatam, globulúmque ab utraque parte teſticularem, viriles ei teſtes inguinibus abſcondebantur, ſed hæc ἀπεροδύνως.

Subjectum itaque calculi ſunt veſica & renes, qui non ſecus ac ad id deſtinati uteri, lapillis imprægnati conſpiciuntur, quas demum graviſſimis ſæpe nixibus excludunt.

Sed hic quæſtio incidit an calculus duntaxat in ſinu qui ab ureteribus expanditur, ejúſque tubulis generetur, an vero in ipſo renum parenchymate?

Alterutrum negare vix poſſumus, quoniam, præter noſtram experientiam, non pauci magni nominis Viri, Euſtachius, Foreſtus, cæteríque propriis id experimentis comprobârint; quorum loca, ne actum agere videamur, hic afferre ſupersedemus.

Notan-

Notandum tamen, calculum qui in propria renum ſubſtantia gignitur, ſi paulo grandior fuerit, abſque dilaceratione in pelvim delabi non poſſe, cùm carunculæ, quas proceſſuum mammillarium nomine Anatomici indigitarunt, & per quas unus ipſis exitus patet, perforationes ſuas habeant tam minutas, ut vix capitis pilum admittant.

Quodque de calculo renum diximus, idem fere conſiderandum venit circa eum, qui in veſica fit, duplicem nempe ei concedi locum, tum, ubi in mediis urinæ undis naſcitur, in ipſa ſcilicet veſicæ cavitate, tum etiam in extremis ureterum finibus, intra duplicem veſicæ tunicam, ubi è renibus minutulus delapſus & hærens quandoque accreſcit, ureteres quippe dum non longè ab ejus collo veſicæ implantantur, priuſquam in amplum abeant ad integri digiti latitudinem, duplicem veſicæ membranam perreptant, in quorum limitibus intra ipſam membranæ duplicaturam, calculus quandoque perficitur; non fluitans ut in cavo, ſed veſicæ tunicis, quam firmiſſimè ſæpe annectitur.

ARTIC.

ARTIC. V.

Nficiari tamen hic nolumus in aliis quoque corporum partibus calculorum tus naſci, cùm & ipſius Hippocratis uctoritas pro eo pugnet, 5. Epidem. iſtor. 25. & tot Clariſſimorum Virom experimenta & noſtræ obſervationes em evincant.

Joh. van. Horne, piæ memoriæ, Anamiæ & Chirurgiæ, Lugd. Batav. quonm Profeſſor, noſtrâ memoriâ atque eım præſentia, è cerebro *Adami Stuartii* qui cùm in vivis eſſet, Profeſſor erat hiloſophiæ) varios extraxit calculos *.

Clariſſimus Fernelius in pulmonibus drſæ duritiei calculos obſervavit.

In fellis veſicula hic *Londini* jam bis in natomica diſſectione varios inveni calılos.

Nucis juglandis magnitudine calculum di mulierem per ſedes ejeciſſe; quæ ana continuâ cardialgiâ oppreſſa fuerat.

D. Tolet, Chirurgus Pariſienſis, refert vidiſſe virum qui ante viginti annos lculum per umbilicum excreverat.

---

* Rich. Wiſeman, *lib.* 4. *cap.* 8. *de Ranula, obſerv.* 3. *ert ſe per inciſionem ſub linguâ lapidem extraxiſſe olivæ leo ſimilem.*

Capa-

Notandum tamen, calculum qui i propria renum ſubſtantia gignitur, ſi pau lo grandior fuerit, abſque dilaceratione i pelvim delabi non poſſe, cùm caruncula quas proceſſuum mammillarium nomin Anatomici indigitarunt, & per quas unu ipſis exitus patet, perforationes ſuas ha beant tam minutas, ut vix capitis pilun admittant.

Quodque de calculo renum diximus idem fere conſiderandum venit circa eum qui in veſica fit, duplicem nempe ei con cedi locum, tum, ubi in mediis urinæ un dis naſcitur, in ipſa ſcilicet veſicæ cavi tate, tum etiam in extremis ureterum fi nibus, intra duplicem veſicæ tunicam ubi è renibus minutulus delapſus & hæ rens quandoque accreſcit, ureteres quip pe dum non longè ab ejus collo veſica implantantur, priuſquam in amplum abe ant ad integri digiti latitudinem, dupli cem veſicæ membranam perreptant, ir quorum limitibus intra ipſam membrana duplicaturam, calculus quandoque perfi citur; non fluitans ut in cavo, ſed veſi cæ tunicis, quam firmiſſimè ſæpe annec titur.

ARTIC

ARTIC. V.

INficiari tamen hic nolumus in aliis quoque corporum partibus calculorum fœtus naſci, cùm & ipſius Hippocratis Auctoritas pro eo pugnet, 5. Epidem. Hiſtor. 25. & tot Clariſſimorum Virorum experimenta & noſtræ obſervationes idem evincant.

Joh. van. Horne, piæ memoriæ, Anatomiæ & Chirurgiæ, Lugd. Batav. quondam Profeſſor, noſtrâ memoriâ atque etiam præſentia, è cerebro *Adami Stuartii* (qui cùm in vivis eſſet, Profeſſor erat Philoſophiæ) varios extraxit calculos *.

Clariſſimus Fernelius in pulmonibus diverſæ duritiei calculos obſervavit.

In fellis veſicula hic *Londini* jam bis in Anatomica diſſectione varios inveni calculos.

Nucis juglandis magnitudine calculum vidi mulierem per ſedes ejeciſſe; quæ antea continuâ cardialgiâ oppreſſa fuerat.

D. Tolet, Chirurgus Pariſienſis, refert ſe vidiſſe virum qui ante viginti annos calculum per umbilicum excreverat.

---

* Rich. Wiſeman, *lib.* 4. *cap.* 8. *de Ranula, obſerv.* 3. *refert ſe per inciſionem ſub linguâ lapidem extraxiſſe olivæ nucleo ſimilem.*

Capa-

Capavaccius, Paræus, Sennertus, Scaliger, Cæteríque Viri celeberrimi tales plurimas Curioſis Lectoribus oſtendunt obſervationes.

ARTIC. VI.

IN aſſignanda calculi cauſa diſſentientes admodum & contrariæ Medicorum reperiuntur ſententiæ, ſunt enim qui ad divina contemplationes ſuas erexerunt, & à primordiis creationis noſtræ pœnáque apoſtaſiæ humano generi Superorum numine impreſsâ lithiaſis cauſam petere conati ſunt. Statuentes non mirum eſſe in terram reverti id quod ex terra ortum traxit:

Unde genus durum ſumus ——

Ut cecinit Poeta metamorph. 1. *Fab.* VII.

Unde terrenæ conſtitutionis eſſe dicimur, & oſſa gerimus lapidibus conferenda duritie & ſoliditate, quale eſt os petroſum in organo auditus, item dentes quibus mediam inter ſaxa & oſſa naturam aſſignavit Creator ſapientiſſimus.

Communiſſima tamen & maximè recepta cùm veterum, tum recentiorum ſententia eſt: calculi, qui nempe in renibus fit, cauſam ſoli atque unico renum immo-

immoderato, ac quasi adurenti calori esse adscribendam.

Volunt quippe, crassa illa, viscosa, pituitosa atque tartarea, ut vocitant, excrementa, quæ materialem, (duplicem enim statuunt, materialem & efficientem) ejus generationi causam præbere asserunt, paulatim exiccari, & tenuioribus ac humidioribus partibus absumptis in speciem lapidis converti, non aliter ac videmus ex multis herbarum succis & mineralibus lapides medicamentosos & corrosivos à chymicis & Chirurgis lento quodam calore & exhalatione excoqui.

Verùm quantum difficultatis hæc opinio involvat, omnibus, quos non in totum occœcavit veterum opinio & authoritas, facilè palam fit: Annon in senibus temperamento frigidis, mulieribus phlegmaticis, frigidiori temperie imbutis, aliisque calculos generari, quotidiana docet experientia? Vid. Hipp. Sect. 3. Aphor. 31.

Instant porrò: si viscosa & lenta materia fornacis calore in tam duram & lapideam materiam indurari potest, quidni materia viscosa in calculum P. N. calore in corpore indurabitur?

Respondemus primò, an ullus mortalium tantum in suo corpore calorem, ac quidem fornacis, tolerare potest, qui, ante-

antequam talis viſcoſa materia in tam duram materiam compingatur, requiritur?

Secundò: an idem calculo, qui urinâ ſubmergitur, obvenit quod lateribus, qui candentiſſimo exiccantur furno?

Si à modico tantùm calore gignerentur (uti quorundam eſt ſententia) aquâ iterum ſolverentur, ſicuti videmus lutum, modico igne ſiccatum, ſi humore iterum imbuatur, ſolvi.

Si à calore, febres exinde continuæ, ſymptomaticæ, habituales, ut ita dicam, & moraſmodeis ſequerentur.

Minimè licebit in eo refugium quærere, quod tamen intenſus hic percipiatur calor, cùm ille calculum non præcedat, ſed occaſionaliter ab eo oriatur, prout videmus in digito calorem à ſpinâ infixâ, non autem ſpinam ibidem à calore fieri.

ARTIC.

ARTIC. VII.

VElle hic varias illas tot diſſentientium authorum opiniones recenſere, ſuperfluum eſſet; dum quidam à frigoris exceſſu (quamvis in corpore, partibúſque ſat calidis) concreſcere, & glaciei inſtar congelari calculum putent.

Alii ad aſylum illud occultarum qualitatum confugiunt.

Quin & nonnulli, qui ab hiſce vocibus magìs abhorrent, Spiritum quendam ſalinum, lapidificum, & urinæ naturalem terram volatilem, ut vocant, conſtringi, & ità ens quoddam novum, DUELECH Helmontio vocitatum, in renibus veſicáve produci, contendunt, eodem planè modo, quo ligna, ſtirpes, animalia, aquis quorundam fontium immiſſa, in lapides converti dicuntur, & integras peditum equitúmque turmas (ſi hiſtoriis habenda fides) quibuſdam in locis, à ſpiritu quodam è terra expirato in ſaxa diriguiſſe teſtantur, dum interim non vident, ſpiritum illum lapidificum & penetrantem (ſi talis in urina detur) non tam in ea calculum producere, quàm potiùs ipſos renes reliquúmque corpus lapideâ naturâ imbuere, atque adeò non ſecus ac in exemplo allato, in ſaxum mutare debere.

Nobis

Nobis in præſens ſuffecerit paucula hìc addere, & hujus rei cauſam ſimpliciſſimam, ac quàm maximè intelligibilem (ſalvo interim rectiùs ſentientium judicio) breviter ob oculos ponere.

ARTIC. VIII.

NOtum eſt ex urinæ analyſi è variis eam concinnari partibus.

Præterquam enim quod magna hîc reperiatur aquæ copia, quæ urinæ baſin conſtituit, & bilis pars modica, aureum illum, ſeu potiùs corticis citri ſimilem colorem ipſi impertiens, quin & materia pituitoſa, ſuperficiei utplurimùm innatans, matulæque adhæreſcens, & coronam faciens, adeſt etiam præterea & ſalina & terreſtris quædam portio, quæ ex alimenti neceſſitate urinæ permiſcetur, ac ex ſapore & contentis ipſi ineſſe deprehenditur, ínque omni urina naturaliter hoſpitatur.

Pars itaque hæc terrea craſſa & minùs agitata (quam materialem calculi cauſam conſtituere volumus) cui & forſan ad majorem ſpiſſitudinem, ſalis modicum admiſcetur, ſive è viſcerum chylificantium aut chymificantium aliquâ labe, majore copiâ in corpore luxuriet, aut reliquis corporis partibus minùs benè ſit permixta,

ſive

ſive eadem ex nimia ipſius in aſſumptis ubertate (quæ plurima alimenta ſcatere neceſſe eſt) in ventriculo non benè ſubigi aut ſecerni poſſit, indéque cum chylo per inteſtina tranſeat in venas, & cum ſanguine per cordis ventriculos in arteriam aortam delata, emulgentem, ut vocant tandem ſubeat, ibi tum illa in minutiſſimis illius arteriæ ramulis extremis, aut carne iis proximâ, vel ſi carunculas, papillarum in modum extuberantes egredi adhuc valeat, in tubulis aut pelvi ſubſiſtit, facilè hæret, contiguum ac demum continuum evadit, & in exiguam primùm particulam (quam cum Fernelio nucleum vocare licebit, & majoris calculi rudimentum eſſe cum eo credimus) ibidem abit, quæ deinceps, allabente magis ac magis ſimili materiâ, novóque pabulo, corticatim indies accreſcit, donec tandem intercedente nullo glutino, præter immediatum illum minimarum partium cum quiete contactum, fiat lapis, ex multis veluti laminis coagmentatus, non ſecus ac in cœparum putaminibus videre eſt, ut & in ipſo lapide Bezoar, qui ex multis quoque tunicis contexitur, & ità ſenſim augeſcit uti curioſis rerum indagatoribus conſtat.

ARTIC. IX.

ARenosa illa & calculosa renum constitutio, quam urget Fernelius & plurimi cum eo, qui in ejus castris versantur, si benignâ interpretatione uti hic volumus, concedi quodammodo posset, intelligendo per eam non occultam quandam, & à causis illis manifestis diversam (quam nonnulli fingere volunt) vim lapidificam, verùm potius pororum, & forsan etiam vasculorum minimorum, quæ in renibus sunt & per quæ urina tranicolari naturaliter debet, majorem angustiam, sive ex primo ortu talem quis nactus fuerit, quo & hæreditariam calculi dispositionem maximè referimus, sive progressu ætatis per res non naturales vulgò dictas, eam sortiatur: credi enim facilè potest, *materiam illam minus mobilem* * & agitatam, cùm crassa omnino sit terræque indolis,

* *Podagrici renum calculo quamplurimi affliguntur, ex eo quod parùm sese moveant, & diu supini recumbant, tum etiam quod feriantur Organa secretoria à debitis sibi functionibus; sive etiam quod calculus ejusdem materiæ morbificæ in genere portio quædam sit. Quandoque etiam Calculus lotii per meatus urinarios in vesicam transitum impediens, agrum de medio tollit, lentas Podagræ moras non amplius expectantem.* Sydenham. *Tract. de Podagr. p. m.* 28.

quoties

quoties meatus, per quos transitum ipsi patere necesse erat, angustiores offendit, facilius subsistere (hujus rei vulgare exemplum est in præparatione butyri, ubi solâ agitatione butyrum à sero lactis ideo separatur, quia butyri particulæ minùs aptæ sunt ad motum quam seri; talem quoque in musto separationem fieri ingeniosissimus Cartheſius in princip. Philoſoph. part. IV. p. m. XIV. doctè admodum docet) tandemque, progressu temporis eo quo diximus modo magis magisque accrescendo in plenum lapidem formari.

ARTIC. X.

DE lapide vesicæ, cujus generatio à prioris formatione haud differt, nulla nobis supereſt difficultas, nisi quod notemus, eum non semper in vesica ortum ducere, sed quandoque renibus rudimentum suum debere.

Triennio abhinc nuper elapso, à puero quodam *duos eduximus calculos*, & cùm ulteriùs inquisivimus an aliquis in vesica calculus supereſſet, nullum invenimus: biduo post calculus tertius è vulnere erupit, continuis interea doloribus & insomniis molestabatur puer, ità ut vomitu, febre continuâ, diarrhœâ, & id genus sympto-

ptomatibus affectus, tandem expiravit; Quem cùm dissectum inspeximus, *pelvim renis dextri variis calculis invenimus impletam*, & ureterem, tenui cuidam intestino proportione simul & cavitate similem, offendimus.* Sed ad scopum. Calculus in tubulis aut pelvi, & nonnunquam minutissimus in ipso renum parenchymate concretus, ureteris canalem permeans, cum in ejus extremo intra vesicæ duplicaturam anguſtias illas perreptat, hærere quandoque potest, suâque præsentiâ cavitatem istam opilans, cùm tenuiorum & lubricarum magis particularum transitum impedire vix queat, crassiores retinet, auctúsque ità vesicæ tunicis quàm firmissimè sæpè annectitur, calculúmque secundarium (si ità appellare fas est) in ea parit, idem fieri posse in ipso vesicæ cavo credimus.

Si enim calculus renum minutus, sic satìs anguſtiorem illum, quem diximus, tramitem subierit, in amplo detentus, quoties per urethram non ejicitur, ob con-

---

* *Paulo post* D. Jacobus Babington, *Chyrurgus inter primarios apud Londinenses in nostra præsentia unum calculum (qui unciam unam pendebat) è vesica Nepotis emortui, duodecim verò alios è renum parenchymate ut & ureteribus notabilis figuræ eduxit.*

tinuam

tinuam novæ materiæ appoſitionem, eo quo dictum modo augmentum ſuum acquirit.

Quod ad calculum veſicæ primarium, uti appellant, non eſt quod aliquid inſuper addamus, cùm eandem cum renum calculo & efficientem & materialem cauſam agnoſcere, nec in ullo, præter ſubjectum differre, ſtatuamus.

Subit tamen nonnullos admiratio, quo pacto in medio illo urinæ fluvio, cujus ope diſſolutionem calculi promoveri potiùs debere putent, lapis formari queat (quo & forſan inductus Fernelius omne lapidis rudimentum à renibus derivat) ſed mirari facilè deſinent, ſi unquam in maris fluminúmve ripis, ubi continuus tamen aquæ eſt affluxus, tophos iſtos, & perfectos quandoque lapides, calculis qui in corpore formantur, haud diſſimiles, concretos viderint.

ARTIC. XI.

CAuſæ remotæ & mediatæ, quarum ope materia calculoſa maſſæ ſanguineæ & renibus communicatur, ſunt intemperantia & victus ratio inordinata, nam ſola ingluvies, ut in pueris, ſufficit ad materiam calculi procreandam.

Non rarò enim evenire ſolet, ut per illam, affluente per tot vaſa humorum copiâ, impletis ſupra modum glandulis, poriſque chylum deferentibus, obſtructis aut compreſſis, publica coctio detrimenta plurima capiat, aut colluvie corruptorum putreſcentiúmque ſuccorum facta, lentarum febrium & contumacium affectuum aliorum in meſenterio ſtabulum deprehendatur.

Per hanc vero colluviem non ſolùm totius corporis intemperies, ſed & mala organorum conſtitutio inducitur, materia calculi generatur, ventriculus debilitatur, ejus fermentum ſpirituoſum extinguitur, ructus acidi, fluctuationes & murmura ventris oriuntur.

Sub tali victu comprehenditur panis non benè fermentatus, neque mediocri igne in clibano excoctus.

Caſeus, qui difficulter concoquitur, ructus acidos & flatus copioſos generat, vix oſtiola chylo ex inteſtinis per lacteas venas trajiciendo data ſubintrat, obſtructiones parit, & ſanguinem lentore imbuit, ſale ſuo terreo calculum generat. Hoc effato, viris robuſtis, ſanis & aſſuetis, quorum res domeſtica vitam medicam non patitur, nullas leges impono. His potius (quia Τὰ ἐκ πολλοῦ χρόνου συνήθεα, κἂν ἠχείρω τῶν ἀσυνήθων ἐνοχλεῖν εἴωθε,

Hippocr.

Hippocr. Sect. II. Aphorism. I. aut quia consuetudo est altera natura) caseos praestantiores, Anglicos qui de Chidder dicti sunt, Hollandicos, Helveticos, Sanenses, & alios plures, habito moderamine, commendo.

Caro bubula, suilla, caprina, quae multum nitri in se habent, salita & fumo indurata, quae difficillimè coquuntur, & terreum chymum post se relinquunt.

Anates, anseres, atque aliae aves lacustres, quarum carnes superfluitatum & excrementorum productrices sunt.

Hisce adde omnia legumina, olera cruda, triticum coctum, & oryza, nisi misceantur incidentibus & detergentibus.

Ova indurata, pyra lapidosa, tubera, corna, mespila & similes fructus crassioris & austerae naturae, quia vias nimium coarctant, & succum valde crassum suppeditant. Aromata etiam acriora, ut: piper, zinziber, cubebae, nec non sinapi.

Inter potus genera, renum vesicaeve calculum producere apta sunt, cervisia recens, lupulata nimium, nam ipsa alnus in labris amplis aeneis cervisiariis una cum lupulo cocta, atque ubi exempta fuerit, per triennium glarea in cellis obruta, in lapidem durum, non injucundo spectaculo, convertitur, è quo potissimum cotes fiunt, quibus ad acuenda instrumenta

anatomica utimur. Geſner. Item cereviſia dulcis, craſſa & non fermentata, aqua craſſa, paluſtris, è glacie aut nive liquata, excellenter ſapida, ni conſuetudo adfuerit, quæ loci naturam per quam fluit, arguit, viréſque mineralium, aluminis, ſulphuris, ferri, ſimiliúmque ſecum vehit; & propterea non pro potu ſimpliciter, ſed medicato eſt habenda; Frigidæ potio à labore ſudanti eſt adverſa.

Vinum pro potu ordinario ſumptum coctiones non promovet, ſed potiùs ſubvertit, niſi in diu Vino aſſuetis, ut Gallis quorum tamen perplurimi calculo laborant. Calorem quidem aliqualem in tranſitu impertit, fermenta tamen corporis ab eo ſubjugantur, & ſpiritus naturales avocantur fugantúrque: unde bibaces frequenter calculo, podagrâ, paralyſi, hydrope, aliiſque morbis frigidis ferè perimuntur. Sydenham. Materiam igitur calculoſam promovent.

Vina rubra, turbida, dulcia, Moravica, Hungarica, Cretica, Italica, Malvatica, Hiſpanica, in quibus tartarus ſalinus tam amicâ ſocietate jungitur, ut ferè nunquam illa deſerat; ſed omnia vaſa humani corporis permeet, renibus & articulis adhæreat, tophos calculóſque procreet.

In vino enim occurrit craſſior quædam ſubſtantia, quæ vaſorum lateribus tractu temporis adhæreſcens, tartarum dicitur, quod

quod quia in vino rhenano magnâ copiâ reperitur, multum nocumenti illinc oritur.

Verùm craſſius illud tartarum non ſolùm calculum generat, ſed illud etiam quod ſupereſt in vino præter aquam & tartarum, & ſpiritus vocari ſolet à quo vinum omne ſuas vires accipit, quod exinde conſtat, quia vina Auſtriaca minus tartari contineant, quàm rhenana, plus tamen noceant, neque hoc mirum eſt, quoniam ſpiritus vini nihil aliud eſt, quam tartarum in ſua principia reſolutum, conſtat enim ſpiritus hic pauco oleo, multo acido & ſale volatili, unde etiam ſpiritus vini tartariſatus longè potentior eſt ſpiritu ſimplici. Atque hinc etiam ratio petenda eſt, quare ſpiritus vini, & plerique potus generoſi, calculi productionem promoveant.

ARTIC. XII.

PRæter cibum & potum *reliquæ res* non naturales dictæ, calculi generationem promovent.

Non ſatietas, non fames, neque *aliud quicquam*, quod modum naturæ exceſſit, bonum. Hip. Sect. 11. Aphor. IV.

Nimia ſtudia & curæ huc quoque revocanda ſunt, Veneris denique immoderatus

tus usus maximè noxius est, dubitari autem potest qua ratione noceat; Inest enim nobis (secundum Hippocratem) salsum & *acre*, &c. *quod* in nobis immodico usu veneris acrius redditur, ità ut primum non tam copiâ quàm viribus augeatur. Quod enim dulce est in sanguine, seu pingue, partim cum spiritibus, partim cum semine consumitur, quod autem reliquum est magis magisque exacerbatur, atque ità seorsum magis existens, vires sumit atque nocet.

Hisce adde motus immodicos statim ab assumpto cibo; saltationes, equitationes, pugillationes, &c. quibus borborygmi in ventriculo excitantur, concoctio impeditur, crudus chylus à ventriculo evocatur, calórque ad extrema pellitur.

Otium nec minùs nocet, quàm nimius corporis motus, vires corporis eo quasi suffocantur, retenta intus materia, unde videmus ignavos homines & pingueſcentes, illósque *qui vitam sedentariam degunt, sæpius calculos colligere*, quam ob causam Calculus Podagræ ferè individuus comes est.

Itinera hyemali tempore per loca nivosa & alta, notum enim est iter facientes, imprimis sine cibo assumpto, hyeme præcipue, in Bulimum incidere, variisque postea obstructionibus obnoxios esse.

Alvi

Alvi fæces & urina retenta quæ plurimas cruditates in corpore cumulant, calorem obtundunt, noxios halitus producunt, ipſúmque adeò calculum compingunt: hanc rem ex adverſo illuſtrat exemplum Hiſpanorum, qui magnam partem arenularum cum urina excernunt, & ob id neutiquam lithiaſi ſunt obnoxii. River. de calculo veſicæ.

Affectus animi vehementiores, imprimis triſtitia, ira, & metus.

Triſtitia ſenſim & paulatim vires diſſolvit, corpus refrigerat & ſiccat, concoctionem impedit, auſterum copioſius ingerit, humores noxios inducit.

Ira febres accendit, bilem movet, & ſpiritus exagitat.

Metus vero acidum cumulat, vires reſolvit, vitalémque efferveſcentiam minuit. Boetius eleganter cecinit:

Gaudia pelle, *Nubila mens eſt*
Pelle timorem, *Vinctáque frænis,*
Spémque fugato *Hæc ubi regnant.*
Nec dolor adſit,

Tandémque etiam hæreditaria (hæreditario quaſi jure) ad generandum calculum diſpoſitio, ex ſemine & ſanguine materno derivata, quæ in facultatis expulſivæ imbecillitate, & potiſſimùm in nativo quodam ſanguinis vitio conſiſtit.

Aſtro-

Aſtrologi haſce inſuper cauſas è Cœlo ex conjunctione nempe Saturni cum Mercurio in domo octavâ petitas addere ſolent, qua natum infantem calculoſum eſſe prædicant, an verò aſtrorum ille influxus tantum in corporibus noſtris cauſare valeat, peritioribus æſtimandum relinquimus.

ARTIC. XIII.

CAlculorum differentias ſi ſpectemus, variæ ſunt, & diverſimodè diſtinguuntur ut paginâ aversâ demonſtratur; ratione enim quantitatis,

Calculus { Magnus / Parvus } dicitur.

Ratione numeri calculus eſt vel unus vel plures. E veſicâ calculum per Lithotomiam ſæpius extraximus unum, aliquando duos vel tres. Anno proximè elapſo, 1685. die 27. Maii è veſicâ Jacobi Whitaker, qui annum ætatis ſuæ agebat ſexageſimum ſeptimum (in præſentia celeberrimi Viri Richardi Lower, in re Medica optimè meriti, & inter primarios numerandi) XLII. calculos per operationem Lithotomicam extraximus quod nobis





Pag. 23

bis inſtar miraculi apparuit. Diverſam illorum figuram atque magnitudinem in tabula annexa, delineatam videtis.

Reſpectu autem coloris, calculus eſt ruber, flavus, cineritius, nigricans. Colorum hæc diverſitas dependet ab externa ejus apicum coëuntium figura, vel ab extranea materia ſimul petrificata, ut à pure, ſanguine, glutine ortum habet.

Reſpectu etiam figuræ, rotundus, oblongus (qualem è nobiliſſimæ Comitiſſæ hujus regni Filio, præſentibus aliquot eximiis Medicinæ Doctoribus multum mihi honorandis, nuperrimè eduximus) angularis, triangularis, quadrangularis, ad latera compreſſus, dici poteſt.

Superficies vero variè figurata, vel caſui, vel motui, vel vicinarum partium ſitui debetur, hinc rotundiores calculi veſicæ debentur, oblongiores verò ureteribus, aliqui etiam cavitatem pelvis renum exactè referre videntur.

Præcipuæ tamen differentiæ ſunt, quæ vel à ſubjecto deſumuntur, inde renum vel veſicæ calculi dicuntur, vel à materia, quæ vel tenuior vel craſſior eſt, & quatuor gradibus aſcendit & ità diſtingui poteſt.

Vel

Vel enim { arenulæ / sabulum / tophus / lapis } appellantur

1. Arenulæ sunt quæ solâ magnitudine à calculo differunt, & in renum poris minutas formas recipiunt, quæ (ut ait Fernelius) mutuo adhæsu inter se colligatæ calculum coagmentant atque compingunt.

2. Sabulum, quod ex arenulis cum muco coagulatis, ortum habet.

3. In loco succedit tophus, qui calculi formam habet, & quamvis arenulis sit major, est tamen mollior & magis friabilis.

4. Denique loco sequitur calculus propriè dictus, qui lapis est solidus, durus, atque etiam perfectus.

Qui calculus ideo durior, ob majorem salinæ & terrestris materiæ copiam compressiorem, & exactius petrificatam, mollior autem calculus è contra.

ARTIC. XIV.

SIGNA calculi renalis pathognomonica licèt propriè nulla dentur, ſed æquivoca ſint, aliiſque morbis communia, illa tamen quæ majori ex parte diagnoſin ejus faciunt, ex praxi ſequentia obſervantur.

1. Dolor circa regionem lumbarem fixus omnino & ſtabilis, obtuſus quidem, & gravantis ponderis ſenſum inferens, cum in ipſo renum parenchymate, obtuſiore utpote ſenſu donato, calculus ſtabulatur, at ubi in caput ureteris ſeſe inſinuavit, acutus, lancinans, omniumque crudeliſſimus.

Quinque jam annis circum circa elapſis, ægrotus quidam Iſchuria laborans, conſilium noſtrum imploravit (urinam nullam emittebat) niſi quod vomitu ſurſum excernebatur, (urinalem quoque odorem expiratio præ ſe ferebat) quo continuato maximè debilitatus fuit, conſultis aliis non imæ notæ Medicis, multis remediis uſi fuimus, ſed fruſtra, vitam tandem cum morte mutavit; corpus ejus cum diſectum fuerit, pelvis renis dextri majori calculo fuit oppleta, cujus pars inferior, papillæ in modum protuberans, ureterem omnino

omninò obſtruebat; capiti ureteris ſiniſtri acutus calculus adeò exactè erat infixus ut renes utrique ſuo officio fungi neutiquam potuerint, atque adeò expiravit.

2. Spinam inflectendi difficultas, compreſſis ſcilicet diſtentiſque ejus nervis aut muſculis.

3. Calor lumborum moleſtus prorſum.

4. Stupor femoris cruríſque è directo, ob compreſſionem (à calculi grandioris pondere) muſculi, νῶα dicti, vel nervi in omnes crurum muſculos divaricati.

5. Teſticuli retractio è regione affecti renis, ob vaſorum (quæ à renibus ad teſtes vergunt) verſus ſuperiora adductionem.

6. Nauſea & vomitus, propter conſenſum ſcilicet renum cum ventriculo, qui fit non tam mediante, ut volunt, peritonæo, cujus membranam utrumque viſcus participat, quàm quidem ob communem illum nervulum, à ſtomachico ſexti paris ramo, in propriam & interiorem renum tunicam implantatum.

7. Urina

7. Urina plerumque cruenta, laceratis apertísque à calculi aſperioris attritione, venulis, per renis ſubſtantiam diſperſis, quin & quandoque, præſertim circa initia, tenuis, aquoſa, & parvâ copiâ prodiens, propter renis à calculo obſtructionem, quoties verò per ureteres in veſicam demittitur, urinæ craſſæ, turbidæ & aquoſæ ut plurimum excernuntur.

8. Calculos per urinas excretos, ut & arenas (non quæ vaſorum lateribus adhærent, ſed quæ ſtatim matulæ fundum petunt) unde ægroti notabile levamen ſentiunt, inter præcipua ſigna recenſeri vellem.

Sed quia tanta eſt ſimilitudo nephritidis cum dolore colico, ut non ſolùm ſæpiſſime empiricum, ſed & Medicum rationalem falli contingat, diſtinctionis ergô hæc ſigna notari vellem.

Si ſupra renes ſit dolor, non ad renes ſed ad inteſtina pertinet.

Dolor Nephriticus extrorſum vergit, nec ab eo loco unquam diſcedit, niſi cùm tophus, è nido ſuo excuſſus, delabitur in ureterem:

Colicus verò ſæpiſſime peregrinatur, locum mutat, & per omnem inteſtinorum circuitum oberrat, inq; pectinem declinat.

Nephritici à ſumpto alimento melius, colici verò pejus habent.

ARTIC. XV.

CAlculi, qui in veſica hæret, ſigna, hoc modo recenſet Hippocrates, lib. 4. de morb.

Ubi mingere vult, dolore affligitur, & urina paulatim fluit, velut in urinæ ſtillicidio & eſt ſubcruenta, nimirum veſica à lapide exulcerata, & veſica inflammata eſt. Verum hoc ſignum inconſpicuum eſt, indicat tamen ſumma pars præputii.

Quandoque mingit arenoſa.

Pudenda fricant & trahunt pueruli calculoſi.

Cùm verò hæc ſigna aliquantulum ſint obſcura ea paulo fuſiùs cum aliis circumſtantiis & ſignis exponam, ut in caſu tam difficili veritas rei magis appareat.

1. In principio, cùm calculus adhuc minor eſt, fit, ut calculoſus, excretâ jam urinâ, obtuſiorem dolorem in glande ſentiat, qui dolor à glande per urethram vergit ad veſicam, eodem modo ac ſi ſtranguriam pateretur. Aſperitate enim ſuâ, quamvis calculus minor ſit, veſicæ tamen cervicem pungit, adeóque dolo-

rem

rem glandi infert, qui dolor à glande revertit ad veſicam.

2. Calculoſus anteriorem virgæ partem ferè ſemper, præcipuè verò urinam redditurus, digitis fricat, comprimit, trahit, ac mulget, & hinc fit quòd infantes calculoſi ſemper manum brachis admoveant, & vellicando membrum virile, dimidia ferè parte ſolito longius faciant.

3. Si gravior ſit calculus, dolorem tunc gravativum ſentit calculoſus, acſi grave quoddam pondus infimo ipſius ventri ac inteſtino recto inter oſſa pubis incumberet, eáque deorſum deprimeret, dolorem patitur tunc præterea circa umbilicum, quia fundo ſuo per urachum umbilico jungitur veſica.

4. Si calculus meatum urinarium non omninò obſtruit, natura ad expellendam urinam ſæpiùs irritatur, ſed fruſtrà; aliquando effluit paululum; aliquando continuò nolenti volenti urina emittitur, dolore interim ſemper ægrum affligente.

5. Surſum elevatis pedibus, capite ad terram demiſſo, ſæpiùs evenit, ut calcu-

lus ad veſicæ fundum delabatur, urinaque liberiorem exitum nanciſcatur.

6. Extra paroxiſmum videmus non raro calculo afflictum crura ſua tranſverſim complicare, eo enim modo calculus aliquo modo è collo veſicæ ſurſum elevatur, ità ut urina exitum liberiorem habeat.

7. Urina detenta, acris & ardens, præ doloris magnitudine, quam excitat, ſpiritus ad virgam allicit, ſicque virile membrum in infantibus æque ac adultis, tenditur & erigitur, non ex venereo quodam appetitu & libidine, ut alias quis crederet.

8. Ex conſenſu ſphincteris ani & veſicæ, ob nervorum, quos ab uno ramo recipiunt communionem & colligentiam, *ſimultaneos deſidendi meiendique calculo afflictus habet conatus.* Sed irritationes illæ fruſtaneæ ſunt, & ſi quid excernatur, parum eſt, idque cum cruciatu; in infantibus ſæpiùs ſummus fit inteſtini recti prolapſus.

9. Calculoſi plerique continuò ſitiunt, & ſæpiùs multum potum appetunt, quia, quamvis parum urinæ ſingulis vicibus excernunt,

cernunt, ob frequentem tamen ac crebram excretionem multum urinæ emittunt, & ſic ſerum ſanguinis abſumitur, quod natura quidem compenſare, adeóque interiora viſcera in conveniente ſuo temperamento ac ſymmetria naturali conſervare ſtudet: ob continuos porrò dolores, vigiliæ & inquietudines oriuntur, ſalſum in illis acrius redditur, ſanguinis etiam maſſa magis indies incaleſcit, undè multum ac crebrum refrigerium requiritur; aliquando etiam Ictérici, Hydropici, ſimiléſque affectus ſequuntur.

10. Ab opiatis aſſumptis melius ſeſe habent calculoſi, à diureticis verò potentioribus in pejorem vergunt intemperiem.

11. Hippocrates (Aphor. 79. Sect. 4.) veſicam calculo laborare ex urinis hoc modo judicat Ὀπόσιον ἐν ἕρῳ ψαμμώδεα, &c. Joh. Zechius in Conſult. Med. libr. conſult. 58. per ψαμμώδεα intelligit ſabulum craſſum, cœnoſum excrementum (narium veluti mucum) matulæ fundo tenaciter adhæreſcens, quod calculi majoris in veſica, & diu illic concreti ſignum eſt pathognomonicum.

12. Certum eſt cùm digitum in anum puerorum intrudunt, vel catheterem per urethram in veſicam adultorum immittunt, & explorant ſæpiùs, calculus an ſit, vel quotuplex ſit, magnus an parvus, unus vel plures, multum enim intereſt Medico hæc exactè noviſſe.

Huc quoque cauſarum antecedentium conſideratio ſpectat, nim: temperamenti, diætæ, quam habuit æger, ſymptomatum quæ ſubiit; ſine dubio enim crudelem ſuit paſſus dolorem, ſi calculus ſit magnus, durus, & inæqualis, porrò an ſaculo incluſi ſint calculi, & veſicæ membranæ cum eo adhæreſcant, cognitu quamvis ſit neceſſarium, difficillimum tamen, niſi cathetere vel digito inveſtigetur. Diagnoſticis itaque ſignis breviter hoc modo examinatis, ad prognoſtica progredimur.

ARTIC. XVI.

PUeri, inquit Hippocrates 6. Epidem. maximè veſicæ; ſenes renum calculo magis ſunt obnoxii. Et aphor. VI. Sect. VI. renum & veſicæ vitia in ſenibus difficulter ſanantur.

Lithiaſis à parentibus in ſobolem, primigenia ſeminis labe, omnem fermè, quamvis alioquin generoſiſſimam ſpernit elu-

eludítque medicinam tam prophylaxeos quàm curationis ergò adhibitam, unde Aretæus multò difficilius esse putavit, renes aut vesicam, dispositionibus calculi obnoxia, artis beneficio ab illis generandis impediri, quàm uterum fœcunditate luxuriantem à concipiendis fœtibus.

Vesicæ calculus pharmacorum respectu curatu difficilior quàm qui in renibus est; si verò chirurgiam spectemus, longè sæpè facilior; aliquando tamen, doloribus ad spinæ musculos extra vergentibus abscessu facto, illac calculos excretos, & ulcus consolidatum fuisse, constat. Calculus vehemens & periculosum est malum, inflammationes, exulcerationes, dolores atroces, vigilias, febres, urinæ suppressionem, aliáque graviſſima symptomata inferens.

Si calculus non sit magnus sed parvus, non in corpore cachexia, nec humorum ad calculum generandum magna copia, si non hæreditaria ad illum dispositio, bona, contraria verò si adfuerint, mala exinde prognosis haurienda est.

Si calculus sit satìs magnus & durus, æger operationi chirurgicæ, quamvis periculi plenæ, si ab eo liberari velit, sese subjiciat, necesse est.

Quod si lapis sit inconsuetæ magnitudinis & ponderis qualem (utpote hîc delineatum videtis) in plurium præsentia eduximus è cadavere N. L. juxta Nosocomium S. T. qui 19 uncias & tres drachmas pendebat, tales pro desperatis habendi sunt, & minimè, dum vivunt, attingendi.

Qui calculum sive folliculo inclusum, sive solum, vesicæ membranæ tamen annexum in suo gestat corpore, in eodem prædicamento versatur, ut & senes debiles, pueri & infantes, minori ætate, sed infirmi.

E contra, si vires constent ægris, viscera benè sint dispositа, calculus non sit nimis magnus, quamvis sint plures, implorato Dei auxilio, operatio animosè aggredienda, & de ejus successu benè sperandum est.

Feliciùs & securiùs ejiciuntur & extrahuntur calculi in mulieribus, quàm in viris, quia brevem & amplum habent urinæ meatum.

ARTIC.

ARTIC. XVII.

Hiſce nunc, ad calculi theoriam facientibus, propoſitis & præmiſſis, pergimus ad illa, quæ ex praxi, curationis nempe fonte, tum ad imminentem hoſtem avertendum, quam præſentem extirpandum afferri poſſunt.

In iis methodicè peragendis, triplex nobis occurrit ſollicitudo.

Prima ut cauſæ, ad calculi generationem quovis modo efficaces, tollantur, atque ità ejus generatio & augmentum diruatur.

Altera, ut calculus jam genitus deturbetur.

Tertia denique ut ſymptomata, dolor ille immanis demulceatur, & mingendi difficultas, quæ ſocia hic adeſſe ſolet, propulſetur.

Hæc procurabuntur medicamentis ſelectiſſimis ex fonte diætetico, pharmaceutico & chirurgico deſumptis.

ARTIC. XVIII.

IN præcautione laborandum primò, ut materia remota, diætâ ſc. artic. 11, 12. inter cauſas dictâ, ſedulò vitetur, & è contra *victus ratio conveniens in uſum trahatur.* Utendum igitur cibis qui ſunt facilis digeſtionis, parúmque excrementi ſuppeditant, & attenuandi & incidendi vim habent.

Huic ſcopo accommodata ſunt juſcula vervecum aut caponum cum cherefolio, acetosâ, hordeo & ſimilibus, præſertim vere decocta. *

Et ſi in morbo aliquo ſumma ſobrietas & moderatio, in hoc, adhibenda eſt,

Illud quod medium eſt, atque inter utrumq; probatur.

Quin & animi pathemata ſic moderanda, ut nullum ex illis exceſſu ſuo corpori noceat.

---

* *Aſſumant prandium ſed non cœnam, hauſtum cereviſiæ alicujus tenuioris liberaliorem ſibi indulgeant, concretio enim calculi à liquore ejusmodi hoc tempore hauſto multùm impeditur, refrigeratis ſcilicet ab eo renibus proluiſque. Sunt verba* Sydenhamii.

ARTIC. XIX.

PRogredimur jam ad materiam proximam, crudorum ſcilicet craſſorúmque humorum ſaburram, ex inordinata diæta, aut aliâ quavis causâ imprudenter in corpore genitam, quæ, ne ad renes delabatur, revellenda & evacuanda, quem in uſum cathartica exhibere utile erit, ut ſunt Manna, caſſia, diaprunum, &c. *Calculi enim Materia quò diutius ſanguine tepefacto circulatur, eò magis ad cohæſionem tendit.* Liſter de Fontibus Medicatis Angliæ.

Vomitus quoque ſæpiùs iteratus conducit (maximè in iis qui comparati ſunt ad vomendum, quique magnas primæ coctionis cruditates perſentiunt) qui ſi * *ſponte obvius*, medicamentis ad hanc rem accommodatis utendum.

Eo enim mediante noxius in corpore collectus humor feliciſſimo ſæpè cum ſucceſſu educitur, & ne ad renes irruat, protinus revellitur.

---

* *Vomitus in Nephritide ab arenulis vel calculo nihil tantum flagitat quàm prælargam revulſionem per phlebotomiam, item Enemata, Emollientia, Diuretica & Lithontriptica.* Sydenham.

Si

Si tamen quid iſtiuſmodi materiæ ad renes irrepſerit, confeſtim diureticorum ope excutienda erit.

Huic autem ſcopo prævalet Therebinthina, & ex ea parata Medicamenta. Amatus Luſitanus refert de monacho quodam, Nephritide & Arthritide maximè afflicto, qui ejus uſu ab hiſce morbis liber evaſit. Egregium ejus præparandi modum ex Lev. Lemnio adfert Clariſſimus Beverovicius in ſuo de Calculo Tractatu.

Vinum album gallicum generoſum ignitis ſilicibus ſæpiùs affuſum, maximè materiam tartaream, antequam concreſcat in lapidem, è renibus expellit.

Quin & aquæ minerales, hîc apud Anglos Tunbrigienſes, apud Noſtrates Spadanæ plurimùm conferunt, quia incidente, diſſolvente, & abſtergente virtute ſunt præditæ.

Balneum aquæ fluvialis, corpore ad ultra lumbos uſque ei immiſſo, arenularum evacuationem, antequam litheſcant, promovet, maximè ſi pridie præmittatur catharticum aliquod appropriatum, & eâdem balnei die ſpecificum aliquod diureticum ſuſceptum fuerit.

ARTIC. XX.

ALter in curando ſcopus eſt ut calculus jam genitus deturbetur.

Proſpiciendum tamen hîc benè, quòd ſi calculus major in renibus hæreat, protrudendus omninò non ſit, ſin minor & in ſinu potiſſimum, excludendus quantocyùs.

Protruſus enim grandior calculus in ureteres, atrociſſimo illo, qui comes ſequitur, dolore, motus ſæpè convulſivos & animi deliquia parit, adeò ut niſi dolor tam per intrinſeca remedia, quàm fomenta externa citò mitigetur, æger quandoque pereat.

Antequam verò minor calculus deturbetur, præmittenda enemata, quæ vias, per quas ipſi tranſeundum eſt, emolliunt & lubricas reddunt.

Quem in finem HENRICUS IV. Galliarum Rex ſæpius bolum aſſumpſit ex butyro recenti non ſalito, & ſaccharo candi mixtis, ſuperbibendo hauſtum vini oligophori.

Alii laudant ol. amygd. dulc. vel olivar. eaſſ. ex fiſtula ſuctam, & juſcula pinguia largiori hauſtu ſumpta, *&c.*

Clyſ-

Clysmata, malactica dicta (quæ vel ex herbis, vel radicibus emollientibus parantur (additis quandoque diureticis) vel ex puris oleis fiunt, ut ol. chamomill. lilior. amygd. dulc. &c.) summo cum levamine præscribunt Medici: unde repetita injectione renalem dolorem mitigari voluit Avicenna.

Externe cataplasmata, etiam ex emollientibus confecta, applicant, ut & varia fomenta ex similibus parata, quibus refrigerantia connectunt, ne dolores intendantur.

Item ol. amygd. dulc. & scorp. cum ung. Alth. pro linimento adhibent.

Balneum quoque aq. dulc. cum herb. emol. additis iis, quæ calculum frangere dicuntur, efficacissimum ad vias relaxandas esse remedium, plurimis constat.

Hisce peractis ulterius medicamenta præscribuntur lapidis motum juvantia, qualia sunt omnia, quæ urinam movent, & proprie diuretica dicuntur, quorum ingentem catalogum cum apud Authores reperire sit, ejus recensione supersedere libet.

Addere tamen & his, metu doloris, anodyna solemus, atque etiam, nequid incoctum in primis vias hærens ad renes deferatur, alviduca brevi antea porrigimus.

Quod

Quòd ſi hæc methodus calculum jam genitum non deturbet, utpotè in cæteris, ſic quoque in hoc caſu, extrema remedia erunt utenda, vomitorium nempe præſcribendum.

Hac enim ratione inferiora omnia quam maximè premuntur, quæ nullis medicamentis antea ſumptis, expelli poterant; notandum tamen ſpecifica diuretica vomitoriis eſſe addenda.

ARTIC. XXI.

IN grandiori calculo, cùm protrudi eum non licere, ſupra dictum, quid faciendum ſit, dictu reſtat.

An in rerum natura dentur remedia quæ lapidem durum perfectè diſſolvant, multi diſputant, totiſque viribus ſtrenuè inter ſe digladiantur.

Si calculus ſit friabilis, laxioris & mollioris ſubſtantiæ, ex muco & arenulis coagulatus, multiplici conſtat experientiâ quod talis conteri atque diminui poteſt.

Matthiolus atque Dodonæus virgam auream hunc in finem maximè commendant, chymici ſua ſalia, ut ononidis, milii ſolis, cortic. fabar. ut & ſal ex ovorum corticibus, ſal urinæ, calculi humani lign. junip. fraxin. ſal ſuccin. volat. *&c.*

Palmam

Palmam omnibus præripere videtur illud quod ex millepedibus conflatur medicamentum de quo vide Hartmannum.

Spiritum nitri calculos humanos extra humanum corpus exiſtentes, facilè ad multorum admirationem comminuere, certiſſimum atque nobis experientiâ comprobatum eſt.

Si in ipſo ſemine & ſanguine menſtruo calculoſa diſpoſitio latitârit, præter diætam, cura non eſt ſuſcipienda pharmacis ullis. Totius enim ſanitatis fundamenta in prima conceptione quaſi ponuntur, & futuræ ſanitatis vel bona vel mala principia in fœtum derivantur.

ARTIC. XXII.

ALteri indicationi ſatis fit, ſi dolor ille vehemens (hominum vera crux & tormentum) mitigetur, quod ferè unâ operâ præſtant remedia ad lubricandas vias ſuperiùs præſcripta, quæ tamen ſi fruſtra ſint, in atrociſſimo dolore ad narcotica confugiendum, ut, philon. roman. req. Nicol. laud. opiat. &c.

Contigit mihi adeſſe fœminæ annos ultra quadraginta natæ, ſummum primo dolorem in lumborum regione, versùs pubem & inguina delatum ſentienti: brevi poſt mictio cruenta & purulenta ſequebatur,

tur, urinæ itidem ardor & ſtillicidium, dolor inter mingendum atrociſſimus, ſimultanei deſidendi mejendíque conatus, imò fæces involuntariæ aliquando effluebant; diu noctúque cum corporis jactatione vigilabat, inordinatè ad interrogata reſpondebat: facies ferox, truculenta & oculi fixi aſtantium animos commiſeratione capiebant; ingraveſcente morbo (plurimis medicamentis, imo & narcoticis, in extremo tanquam caſu, ſæpiùs; cautè quamvis adhibitis) ægra tandem defuncta eſt, quam cum diſſectam examinavimus, Veſicam urinariam fœtidiſſimo lentóque pure impletam invenimus, rubicundam porrò & ulcere eroſam.

Ureteres vidimus ſolito carnoſiores, pure & calculis infartos, dexter quidem calculos quatuor, albidiores, majores, molliores, materiæ ſubſalſæ, viſcidæ & ſordidæ conjunctos; ſiniſter autem nigricantes magis, ſed duriores minimos in ſe continebat. Siniſtro verò in rene pus cruentum, plurimíque exigui calculi, figurâ prædictis in ejuſdem lateris uretere hærentibus conſimiles, contenti erant, ſed ad rem.

Magnas præterea turbas hîc dare conſuevit in mingendo difficultas, cui fugandæ tum intus (ſed ſumma cum cautione) diuretica, tum foris linimenta ex unguent.

alth. ol. amygd. dulc. ſimilibúſque confecta, ut & fomenta & cataplaſmata huic ſcopo accommodata, adhibemus. Quin & ſi fortè lapis veſicæ cervici impactus urinæ exitum inhibeat, ſupino decubitu, cruribúſque elevatis; & agitato corpore erit excutiendus, tandémque ſi nullus indè eveniat ſucceſſus immiſſo cathetere in veſicæ cavum erit repellendus.

ARTIC. XXIII.

Dlæteticis itaque atque pharmaceuticis remediis jam breviter excuſſis, ſupereſt ut ultimum illud, ſcilicet chirurgicum jam exponamus.

Venæ ſectionem, ſi plethora, vel nimiùs ſanguinis æſtus adſunt, ex uſu poſſe eſſe ſtatuimus.

Cucurbitulas in regione lumbari poſitas, in dolore nephritico calculum unum vel plures ad veſicam derivaſſe, experientiâ ſæpiùs obſervatum.

Si veſicæ lapis major ſit quàm ut expelli queat, nec defectu requiſiti ad id medicaminis reſolvi poſſit, ſi atrocitas morbi nullis medicamentis ſuccumbat, tunc duriori nodo durus adhibendus eſt cuneus.

Circul-

Circulatores plerumque enim omnes ridemus hîc & Empiricos, qui calculum veſicæ medicamentis ore aſſumptis terere fabulantur: idem evincunt literæ paucis jam elapſis diebus ad nos datæ.

I. G. Eques Auratus,

IOANNI GROENFELDIO, M.D.

S. D.

CVM mihi in mentem venit, cum quo mihi res impræsentiarum agenda est, viro nempe eruditione & experientiâ notissimo, confisus spero, quod non me argues vel ingratitudinis, vel imprudentiæ, cùm de salute filii sollicitus essem, libentissimè enim vellem, ità me movente paterno affectu, & naturali ςοργῇ, *ut qui Tyrannidem tantam subiit, modo lenissimo sanaretur, ideóque sanè spes mihi affulsit major, quod inveni quendam (qui Vestras fuit, qui in Arthritide & Hydrope curandis, & nuperrimè quoque in comminuendo calculo, summus voluit esse mysta, solâ spe lucri, fractis omnibus pudoris repagulis, ahenea jam diu fronte fuit indutus) qui affirmavit intra viginti dierum spatium se potuisse* frangere *& expellere calculum, per medicamenta intus assumpta, etiamsi calculus tantus esset, ut pugni magnitudinem excederet: sed ah!*

quanta

quanta de ſpe decidi cum filio meo, cum fallacia & impudentia ignorantis Empirici miſerè fallebamur, & filius meus adhuc ſubit torturam calculi graviſſimam.

Ad Te itaque, tanquam ad aſylum, confugio, opem implorans veſtram, ut tentares an calculum in veſica concretum invenire poſſis, & ſi invenias, ut eandem adhibeas curam, quam (cum bono Deo) habuiſti, reſpectu fratris ejus Senioris, quem biennio abhinc per Lithotomiam à calculo liberaſti, & manet adhuc in perfecta valetudine.

Deum precor ut Reipublicæ bono Te diu velit ſuperſtitem eſſe & valere.

Noſtra Reſponſio.

Eximie Domine,

ACcepi Literas à Te 2 Martii 1684. datas, quibus certior factus ſum de bona valetudine filii Tui, natu majoris (quem non ità pridem à calculo σιὺ Θεῷ liberavi.) Sed me ſtatim dolor aggreſſus eſt, cùm literis iiſdem percepi, filium tuum juniorem eodem malo oppreſſum eſſe, quo priùs ſenior afflictus fuit, quem (veſtrâ me invitante Dominatione) hodie viſitavi & calculum inveni, juglandem magnitudine excedentem, ſolidum etiam & confirmatum.

Quoad iſtum, cujus audaciâ fuiſti ſeductus, benè novimus Thraſonem eſſe vanum, & qui gloriari ſolet de rebus impoſſibilibus & extra ſphæram activitatis humanæ poſitis, nec erubeſcet de rebus etiamſi turpiſſimis; qui nihil honoris vel ingenuitatis habet, nihil quoque ipſi detrahi poteſt. Ingentem offendimus talium Impoſtorum gregem, pernicioſam hominum fæcem, qui ruditate & inſcitiâ ſuâ imponentes, & in circulis civitatum verſantes, vaniſſimo verborum ſtrepitu panaceæ miracula jactant.

tant. His verò mendacibus, & inanibus Medicaſtris præſtaret tacere, quàm in detrimentum proximi nociva remediorum crepitacula credulis obtrudere. *Ten Rhyne Tract. de Arthr.*

Quod ad nos attinet, ut talem licentiam nobis nunquam aſſumemus, ità in aliis & contemnendam & ſupprimendam duximus.

Id nobis aſtipulavit jure nobiliſſimus ipſe Galenus, Medicorum Princeps, qui aſſerit quòd medicamentum integris viribus veſicam attingere non poteſt, atque ſi concedamus attingere poſſe, vis medicamenti infringitur tum amplitudine veſicæ, tum involucris & pituitâ multâ quâ circumvolvitur.

Itaque jam tandem ad ultima remedia progredimur, quæ si tentanda sunt, exectio instituenda est (de qua vid. Paræum, Schultetum, Hildanum, Cornelium Celsum, &c.) diebus verò aliquot antea, victu corpus præparandum est, ut modicos salubrésque cibos & minimè glutinosos assumat, & inter hæc ambulandi exercitatione utatur, quò magis calculus ad vesicæ cervicem descendat, ut ipse Celsus.

Cujus rei ubi fides est, pridie id corpus tenui victu nutriendum, & tunc loco calido curatio adhibenda est, quæ diversis modis ordinari potest.

PRIMUS apparatus vocatur minor, qui positionem ægri continet, & videtur ἀναπλία apprimè exprimi, ut hâc figurâ demonstratur.

Omnibus itaque præparatis index & medius digitus manûs siniſtræ in anum immittuntur, dextrâ manu venter inferior versus vesicam deprimitur. (à violenta compressione hîc summoperè cavendum, hinc enim atrociſſimi dolores, inflammationes, immò ipsa gangræna.)

Ex quibus evenit, ut in angustum compulsa vesica faciliùs calculus capi possit, quo capto in perinæo super calculum fit inciſio,



inciſio, digitiſque, ſi minor ſit lapis extruditur, ſin verò major, hamulo extrahitur.

Minimè feſtinanter hac in re agendum, ſed ità, ut quam maximè tuto id fiat, nam læsâ veſicâ nervorum diſtentiones cum periculo mortis excitat.

SECUNDUS eſt Hildani, qui fit hoc modo: omnibus præparatis, Medicus catheterem, (non talem intelligo, qualî ad urinam ſuppreſſam utimur, ſed qui ſulcum ſeu foſſam habet, vid. Paræum, lib. 17. cap. 44.) in veſicam immittit ſuper calculum, tum novaculâ (qualis hic eſt delineata) media ſui parte obvolutâ, inciſionem facit ad catheterem uſque, poſtmodum ſuper catheterem ſive itinerarium per vulnus conductorem immittit, catheterem, ut virga ſit libera, extrahit, conductore, ſi ſit opus, vulnus dilatat, túmque per latus conductoris cochlearia immittit, extracto conductore, immiſſóque in anum digito, hamulo prehendit & extrahit (Tortorem) calculum, ſive integrum, ſive fruſtulatim, ſi nempe major juſtò aut tenerioris compaginis fuerit.

TERTIUS MODUS, quando modo præcedenti vulnus eſt inflictum, ſuper conductorem tenaculam immittit, quo extracto

extracto prehendit Medicus calculum, & ſic eum extrahit, quod locum habere poteſt, cùm lapis hamulo extrahi nequeat.

QUARTUS operandi modus Lithotomia Franconina appellatur, ab Authore Petro Franco, qui fit hoc modo:

Inciſione præcedenti modo factâ, circa extractionem calculi nihil molitur Lithotomus niſi calculus in vulnere compareat, ſed vulnus more ſolito ligat, poſt aliquot dies (niſi calculus ſuâ ſponte per vulnus excidat, quod ſibi in ſua praxi aliquoties accidiſſe dicit inventionis hujus Author Petrus Francus) calculum extrahere conatur, qui operandi modus locum debet habere, quando æger eſt valde debilis, ut judicat Hildanus.

QUINTUS Modus eſt cùm calculus eſt tam magnus, ut per vulnus in collo veſicæ factum, tranſire non poſſit, niſi ſubſtantia membranea veſicæ, vel ejus ſphincter lædatur: quod Author Petrus Francus non proponit, ut ipſum aliquis imitaretur, Sed in caſu tanquam deſperato, coactus precibus parentum infantis, in quo operationem inſtituebat, fecit.

Æger erat infans bimulus, qui calculum ovo gallinæ non minorem in ſuo gerebat corpuſculo (in adultis hanc operationem

tionem locum non habere vult notari Author) ſectionem inſtituebat in inguine & ſuperiore oſſis pubis parte, ut fere partus cæſareus fit, & ſic fundum veſicæ transfodiebat, & extrahebat calculum.

Infans quamvìs maximè debilitatus, fuit reſtitutus, & vulnus ſanatum: tale Hildanus alibi in ſuis obſervationibus quoque commemorat exemplum.

SEXTUS & ultimus modus fit inſtrumento quod excogitavit Hildanus: factâ eo modo (uti dictum) inciſione, immittit per vulnus ſuum inſtrumentum ſuper calculum, illud quando eſt immiſſum dilatari poteſt (inſtar inſtrumenti quod Speculum matricis vocamus) poſt dilatationem conatur Medicus calculum apprehendere, apprehenſúmque extrahere.

Pariſienſis ille Lithotomus, cui Collet nomen eſt, plurimos hoc modo ſatìs feliciter ſecuit, ex cujus, ut & aliorum curioſa inſpectione tantùm profecit Tractatuli hujus Author, ut hunc cum cæteris quoque Operationis modis aggreſſus fuerit, & adhuc quotidie peragit.

In fœmineo Sexu, ſive ſit Virgo, ſive nupta, longè minori negotio, & citra ſectionem magnámve ſanguinis effuſionem, hanc operationem inſtituere & peragere licet:

licet: quia veſicæ foramen in pudendo ſtatim occurrit viſui, ſufficit ſolum catheterem immittere, & infra ejus ſulcum dilatatorium inſtrumentum indere, denique forcipe lapidem extrahere: Interdum tamen ob calculi nimiam quantitatem in veſicæ orificio parva inciſio facienda eſt, à qua nihilominus, ut & à nimis violenta dilatatione, periculum metuendum eſt, ne læſo ſphinctere, ſequatur involuntaria urinæ emiſſio.

ARTIC. XXIV.

JAM ſequitur, ut, extracto calculo, agamus, qua ratione ſit regendus æger, non ſtatim ille in lectum erit reponendus.

Si valens fuerit corpus, nec magnopere vexatum, ſinere oportet ſanguinem fluere, quo minor inflammatio oriatur.

Tunc deſidere debet in ſemicupium, ità ut à genibus ad umbilicum aqua teneat (cætera veſtimentis circumdentur) quo ſanguinis hæmorrhagia ſiſtatur.

In corpore imbecilliori hæmorrhagia ſtatim ſiſtenda erit, agglutinanda aliquando cucurbitula & inguinibus & coxis, & ſuper pubem, ſi ſanguinis fluxus cohiberi nequeat, qui ſi cohibitus, æger reſupinus in lectum collocandus eſt.

Venter

Venter interim inferior ab umbilico ad lumbos, itidem & pudenda, oleis convenientibus paululum calefactis optimè inungatur.

Vulneri linteolum duplex vel triplex, aſtringenti medicamento madens, imponatur; cannula aliquando vulneri immittitur, quâ arenulæ & ſanguis extravaſatus poſtmodum commodius expurgetur, per illam & ſipho quoque immitti poteſt, quo, neceſſitate urgente, veſica ſyringetur, ſicque continuò excernatur, quicquid præter naturam in ea continetur.

Si Lipothymia ſuperveniat, cardiacis removeatur, ægérque placidè ad quietem reducatur, qui niſi obrepat, anodinis mitioribus promovendus.

Sicque, ſi vires ferant (hæc ipſa Celſus ῥητῶς tradit) interpoſitis viginti quatuor horis, balneum iterum ingrediendum, & pro virium conſtitutione in eo demorandum, ſi ſudor aliquis erumpat, ſpongiâ detergendus erit.

Inter hæc ſi ſomnus blandior æqualíſque reſpiratio adſint, ſi lingua ſit madens & modica ſitis, & venter infimus ſedit, & mediocris cum modica febre dolor, curationem feliciter procedere, certum eſt.

Denique, quantum poſſibile eſt, & cibis & medicamentis allaborandum eſt, ut natura,

natura, quæ ſaluberrimum balſamum ſuppeditat, corroboretur, ſicque vulnus conſolidetur.

ARTIC. XXV.

OMnibus itaque, ad renum & veſicæ calculum pertinentibus hucuſque breviter deſcriptis, unicum ſupereſt, nempe modus eximendi calculum ex urethra, quem breviter deſcribemus.

Contigit aliquando, ut calculus exiguus è veſica excludatur, in urethram tamen illapſus, ibidem ſiſtitur, urinæque iter occludit.

Quo in caſu omnia remedia tentanda & applicanda, quæ apta nata ſunt calculum educere abſque ulla inciſione.

In horum Numero Primò occurrunt medicamenta diuretica, emollientia, fomentationes, inſeſſus in balneum, qui ſunt relaxantis qualitatis, quorum ope calculum non infimæ quantitatis eduximus ex urethra ingenioſiſſimi admodum Viri, Equitis Aurati, & Regi à rebus caſtrenſibus Architecti.

SECUNDUS modus eſt extenſio urethræ per flatum, ligando eam virgæ partem, quæ juxta pubem eſt, eodem modo, quo

quo frequenti uſu fuit apud *Ægyptios*, urethrâ nempe ità dilatatâ, liberior exitus calculo patet.

TERTIUS modus ſugendo efficitur, cum maximo conatu ſpiritum trahendo, lapis ſimul attrahitur.

QUARTUS modus eſt comminuendi calculum, ope tenaculæ & ſpecilli (de quibus vide Paræum, Hildanum, Schultetum) qui cum ſucceſſu ſæpius efficitur, ideóque maximè laudandus eſt.

Hæc verò ſi fruſtranea ſint, ultimò tandem fiat inciſio: inter Authores ſumma diſputatio eſt de loco, in quo inciſio hæc facienda eſt.

Quidam eligunt partem lateralem, cavendo, nè inferiorem ſecando, fiat fiſtula; aliqui partem inferiorem, nè corpora nervoſa offendantur.

Quod ad nos attinet, utrumque modum tentavimus, curam invenimus faciliorem, neque ullum ægris fuiſſe detrimentum, percepimus, cùm inciſionem fecimus in parte nervoſa laterali: inciſione factâ, calculus unco ſubtiliſſimo & tenerrimo educi poteſt.

Quibus jam peractis, vulnera poſt extractionem calculi (ſive veſicæ ſint, ſive urethræ) curanda ſuperſunt, de quibus abunde

abunde ſcripſerunt Practici, ideóque & ea impræſentiarum mittimus, & pedem hic ultimum ſiſtere voluiſſemus, niſi plurimum me rogaſſet Typographus, ut tractatui huic adeò brevi aliquid adderem, quod utilitati ejus, & bono publico inſerviret, non didignatus ſum deſiderio ejus additamento quodam homogeneo reſpondere.

ARTIC. XXVI.

MIHI itaque cogitanti & revolventi prædicta, nihil magis adæquatum, aut conſonum magis apprehendi, quàm ut brevem aliquam veſicæ deſcriptionem annecterem anatomicam.

Cuilibet enim Lithotomo incumbit, ut ſubjectum operis ſui non ſolùm ſit ei notum, & naturam illius generalem intelligat, ſed & omnes ejus proprietates, & quæ maximè ad opus perficiendum conducunt, ità nimirum ſuffragante Veſlingio his ipſis ferè verbis, nec audacia in opus tam arduum præcipitabit, nec metu trepidabit.

Veſicam itaque quod attinet *urinariam* in infimo ventre ſitam habemus, oſſe pubis, oſſe ſacro, & oſſe coxis circumdatam, in ea ſcilicet hypogaſtrii cavitate quæ pelvis nominari conſuevit, quod à natura ità com-

comparatum invenimus, ut tenues ſeroſáſque ſanguinis partes à renibus ad eam defluentes, reciperet, & tandem vel onere gravantes, vel acrimoniâ pungentes, expelleret.

Veſica hæc in maſculis ſita eſt ſuprà inteſtinum rectum, & *collum* ejus eidem inteſtino atque etiam glandulis proſtatis annexum eſt; Figura ſua lagenam inverſam referens, utpote paginâ aversâ demonſtratur.

In fœminis ſuperjacet utero, cujus pars anterior vaginæ & oſſibus pubis alligatur.

Ligamentum à fundo veſicæ porrigitur ad umbilicum, cui inſertum eſt & annexum, (apud Anatomicos Urachus dictum) quod veſicam tenet ſuſpenſam, & impedit, quo minùs ejus collum nimis premeretur, nec incumbentium inteſtinorum pondere devolveretur, duplicatura etiam peritonæi, intrà quam delitescit veſica, eidem huic uſui ſummoperè inſervit.

Quod ad amplitudinem attinet, veſica, urina vacua, non excedit pugni magnitudinem in adultis, ſed cùm urina repleta eſt, grandior fit, ità ut aliquando, violenti ori diſtentione in ſuperiori parte oſſis pubis deprehendatur.


Pars Recti Intestini
Detrusor urinæ
Cervix vesicæ

Anno nuperrimè elapso, non procul à Londino in oppido Depthfordia (vulgò Depthford) juxta Greenvicum, puerum vidimus, qui tantam urinæ suppressionem habebat, ut vesica illius ad umbilicum proximè pertingebat, & venter tumebat, ut in gravidis fieri solet. Urina suprà modum oppressa, tandem exitum violentum sibi fecit (eo loco ubi carnosa urethræ valvula est) in ipsum scrotum, cujus membranæ post maximam distentionem tandem fuerunt disruptæ & sic eâdem viâ urina continuo adhuc effluit.

Lithotomus hic velim observet, cùm Lithotomiam minori (ut dicimus) apparatu suprà digitum administraturus est, quod quando vesica evacuata est & corrugatur, facilè digitis (in anum immissis) fundum vesicæ unâ cum calculo ad collum ejus protrudere potest, & sic calculum sine ullo periculo post factam incisionem educere: Sed vulnus in fundo vesicæ vel parte ejus membranea mortale est (Κύστιν διαπονέειν θανατῶδες. Hipp. Sect. 6. Aph. 18.) ob consensum scilicet nervorum, vix unquam ad sanitatem reducitur.

In homine unica tantùm naturaliter reperitur vesica; Riolanus tamen cum aliis observat duplicem se invenisse vesi-

cam, vel saltem septo intermedio divisam. vid. Bauhin. in Theatr. Anatom. lib. 1. cap. 31.

Quod ad substantiam vesicæ attinet, partim membranosa partim carnosa reperitur, mirabili Dei (Summi illius Opificis) fabrica, ut illius fundum etiam & totum corpus nervosum extendatur, multúmque urinæ contineat, & beneficio partis musculosæ contrahatur iterum & corrugetur.

Collum ejus musculosum est & fibrarum ope (ad instar sphincteris) vesicam aperit & occludit, & impedit nè involuntariè urina effluat: In viris longius, angustius magísque incurvatum est; in fœminis verò brevius, amplius & magis rectum reperitur.

Juxta ejus sphincterem duas natura produxit glandulas (*prostatas dictas*) quæ etiam vesiculæ seminales appellantur, in quibus post perfectam elaborationem semen virile repositum est, atque usui necessario reservatur.

Lithotomi est harum partium summam cautionem habere, Sphincteris scilicet & vesicularum seminalium. Læso enim sphincetere in posterum fiet involuntaria urinæ emissio; læsis etiam glandulis seu vesiculis seminariis, in futurum forsan

forſan ſterilis erit, & ad generationem ineptus, licèt à calculo liberatus.

De tribus veſicæ foraminibus, ingreſſui & egreſſui urinæ dicatis, de venis & arteriis (ab hypogaſtricis) de nervis *in collo veſicæ*, ab oſſe ſacro, & à nervorum ſexti paris conjugatione *in corpore veſicæ*, nihil dicere hîc volumus, de iis enim accuratè ſatis ſcripſerunt Anatomici, ad quos Studioſum Lectorem mittimus, nos tantùm ea obſervari hîc voluimus, quæ Lithotomis imprimis obſervanda ſunt, hoc ſolum ſtudendo, ut quæ neceſſaria & maximè utilia ſint humano generi, compendioſè divulgare poſſimus: quod ſi aliquid vel omiſſum, vel circa aliquod erratum fuit, humanis erroribus ſubjecti ſumus, nec dubitamus, quin omnes ingenui præſentis ætatis Viri condonent, & vel ipſi aliquid perfectius producant, vel poſteris emendandum relinquant. Horatianum illud coronidis loco ponam,

——Si quid noviſti rectius iſtis,
Candidus imperti, ſi non his utere mecum.

POSTSCRIPTUM.

CUm Typographus tractatum hunc typis mandâſſet, & perfectè compleviſſet, ab ingenioſis quibuſdam hujus Civitatis viris, nobis relata eſt hiſtoria Viri verè digniſſimi τῦ μαγείτυ, *Thomæ Adams*, Equitis Aurati, Aldermanni; ac quadraginta annis abhinc circum circa elapſis Prætoris hujus Civitatis nobiliſſimæ, qui annos octoginta duos agebat antequam moreretur.

Vir erat ſummæ quidem moderationis & temperantiæ, qui, ne in publicis quidem conventibus, ut fideliter accepimus, per quadraginta vel quinquaginta annos, non exhauſit uno tempore plus quàm libram vini gallici rubri, & concludebat omnia cum hauſtu vini Hiſpanici.

In quotidiano & uſu domeſtico quolibet manè exhauſit poculum plenum cereviſiæ lupulatæ ſaccharo commixtæ.

Per multos annos, quibusdam temporibus dolorem sensit in urinæ excretione circa perinæum, rarò guttatim & cum acrimonia urinam emittebat.

Paucis ante mortem horis nullum habebat mingendi desiderium, nec ullum patiebatur vesicæ distentionis dolorem.

Ad dormiendum tandem admodum propensus fuit, acsi narcotica assumpsisset, & sic intra viginti quatuor horarum spatium vitam cum morte mutavit Vir ille admirandæ quidem patientiæ & gravitatis Senator, Civitatis hujus magnum decus & ornamentum.

Obiit vicesimo quarto Februarii.

{ *Ætat. suæ* 82. / *Æræ Christianæ* 1667. }

Postquam dissectus erat à Chirurgo notissimæ experientiæ Do. Hollier, vesicam invenit urina vacuam, sed calculo (pyri majoris figuram repræsentante) insitatæ & incredibilis magnitudinis impletam *,

* Hæc ad pag. 34. immediatè post primum paragraph. addantur ad hæc verba, *Minimè dum vivunt attingendi.*

viginti

viginti quinque unciarum ponderi & dimidiæ respondentem, cujus delineationem hîc apponendam curavimus. Canalem habebat calculus ab ea parte inferiori, quæ intestinum rectum spectat, per quem transitus liber urinæ patuit.

Curiosa inspectione, summâ etiam observatione non indignum videtur, quod canalis hic ortum suum duxit non procul ab illo loco, ubi uretheres implantantur vesicæ, juxta ejus collum, urina quippe ab uretheribus destillans hunc sibi paraverat canalem.

Nos etiam opinamur, urinam hunc sibi canalem feciſſe, cùm primùm minor fuit calculus, nec prorsus tamen abnuimus, quin processu temporis canalis hic exactior & amplior redditus fuit ab urina, (calculosa materia imprægnata) juxta notissimum illud;

Gutta cavat lapidem, non vi, sed sæpè cadendo.

Sic enim liberum sibi fecit transitum ad ipsam usque urethram, canalis enim formam habet semicircularem, in medio etiam circa partem descendentem

novus

novus alter prorumpebat canalis, & per hanc viam urina libera ad urethram vergebat, atque excernebatur, absque ullo ferè incommodo aut pœna graviori.

Hujus canalis cavitas adæquata fuit Venæ cuivis majori secundùm longitudinem in medium dissectæ, utpotè delineatione priori ostenditur.

Hisce jam præmissis, quæ puram putam Historiam spectant, proximum est ut causas scrutari conemur, quibus veritas, quæ in fundo latitare solet, clarior emergat, & oculis magis appareat.

Primò itaque opinamur cerevisiam illam lupulatam saccharo commixtam, quam per quinquaginta annos quolibet tempore matutino largiori haustu assumpsit, causam fuisse calculi ad tantæ magnitudinis instar excreti.

Quod ad dolores illos attinet, quos aliquando passus est, & quales stranguria afflicti subire solent, à calculo habuit, sed longè illi fuissent vehementiores, & quidem intolerabiles, nisi ab illius canalis beneficio (quasi Θεᾶ ἀπὸ μηχανῆς

μηχανῆς subsidio adjutus) auxiliatrices & obstetricantes opes ad urinam faciliorem excretionem habuisset, immò certò certius, nisi hic adfuissent, multis antea annis diem obiisset.

Cur tandem in soporem inciderit, ambigimus, causam tamen ejus concipimus quod sanguis ejus, vel forsan quod serum nimis crassum fuit, unde ordinaria seri secretio & colatura in renibus, non ut antea effici potuit, sed potius revertens, cerebri substantiam meningúmque poros, suo pondere premens & gravans, somnolentiam in ipso excitavit (uti novimus illud frequenter accidere ab humoribus aqueis pituitosis, & frigidis) undè spiritus animales antea satis agiles, dein verò torpidi minúsque mobiles, in ventriculis cerebri detenti, vicinósque nervos distendere non valentes, soporem pepererunt, sicque fractis viribus, vitam cum morte commutavit.

Hæc itaque sunt, quæ à *Gulielmo Adams*, Equite Aurato, Filio Senatoris piæ memoriæ, nobis exhibita fuerunt, concessâ etiam potestate, ut libello huic nostro

noſtro affigerentur quæ unà cum inſculpta admirandi illius calculi delineatione fieri curavimus in perpetuam rei & Viri digniſſimi memoriam.

FINIS.